Ex dono
Joannis
magistri
Wood.

1624.

IOANNIS DESPAVTERII NINIVITÆ GRAMMATICÆ INSTITVTIONIS, LIBRI SEPTEM,

Doctè & concinnè in compendium redacti, per *Sebastianum Duisburgensem.*

Editio jam vice tertiâ intra decennium elimata cæteris quibuscunque longè castigatior, cui SCOTIA *præpositarum vocum interpretatio adjuncta est in usum Scholarum.*

ABERDONIÆ,
Excudebat Edvardus Rabanus, 1624.
Impensis Davidis Melvill. *Cum Privilegio.*

SEBASTIANVS NOVIMOLA DVISBVRGENSIS,

HENRICO RISWICHIO,

Spectatæ probitatis Adolescenti *Salutem dicit.*

NÆ TV CANDIDVS ES ADOlescens, & cui plurimum debeant bonarum artium candidati. *Si enim, præclarissima quæque urbes eis merito suprmos decreverant honores, qui saluti Reip. (quæ non salva incolumes ipsi manere nequissent) aliquando consuluere; quid tibi non debeatur ab illu, quorum studiis, citra tuum quidem commodum (quoniam in Grammatica tu felicissime versatus es) provideri curas? Hinc est, quod ab ea usque hora, qua Desp. Synepitomen superiore anno a nobis emissum, teri passim in puerorum manibus cognoviski, non desieris & præsens rogare, & scriptis monere absens, ut & priores 7. Desp. de Institutione Grammat. libras in corpusculum paulo concinnius colligerem, quàm a quodam ante annos non multos, hic factum audieras: Quo hercle quisquis est, oculatiorem me fore haudquaquam sperare potuisse, ni per illum mutilari potiùs quam abbreviari doctissimis quibusque videremur. Gaudeant igitur tuo nomine, quibus consilia tantopere exoptas, hoc quicquid est laboris, tuo hortatu susceptu, tibique debitu. Majora certe ima merebatur eruditio: at opulentissimi parva debita, ne a pauperrimis quidem persolvi recusant. Et sane pendant hanc, ut libet, operam alii, (modo non judicet Momus) te tamen inter non minima habiturum scio. Primum quia haud est exiguum puerilia juvare studia, Deinde quia tu quidem animadvertis, hujusmodi negotium vel Lyceum requirere in demendis multis, nonnullis addendis, mutandis ac transponendis etiam, ubi res postulat, in omnibus denique ita tractandis ut infirmioribus pueris velut pramansa videantur. Vale. Coloniæ, M. D. XXXIV.*

GRAMMATICÆ DESPAVTERIANÆ, DE NOMINVM GENERIBVS, *LIBER PRIMVS.*

REGVLÆ GENERALES.

OMNE viro ſoli quod convenit, eſto virile:
OMNE viri ſpecie pictum, vir dicitur eſſe.

¶ OMNE nomen ſoli viro datum eſt maſculini generis, vir hic dicitur eſſe quicquid ut vir pingitur: veluti Adam, DEVS, Angelus. Exempli hujus regulæ ſunt quintuplicia. Primò propria nomina virorum: ut Seneca, Hercules, Hannibal. Secundò propria Angelorum, tam bonorum, ut Gabriel: quam malorum, ut Lucifer. Tertiò, propria Deorum, ut Mars, Cupido, Vulcanus. Quartò, propria ventorum quia, pinguntur ſpecie virili, ut Boreas, vel Aquilo. Quintò, appellativa ſolis viris data, ut Nauta, Presbyter, Scriba. ¶ Genera tribus modis noſcuntur. Significatione, ut Ioannes eſt maſculini generis, quia marem ſignificat. Terminatione, ut vulpes eſt fœminini generis, quia terminatur in es. Authoritate, ut Talpa, liquando eſt maſculini generis, quia Virgilius dixit, Talpæ oculis capti.

Eſto fœmineum recipit quod fœmina tantum, Fœmina dicatur facie pictum muliebri.

¶ Omne nomen ſoli fœminæ datum, eſt fœminini generis. Fœmina hic dicitur quicquid ſpecie muliebri pingitur: ut Dea, Nympha, Furia, &c. veluti Venus, Echo, Alecto, &c. Exempla hujus regulæ ſunt triplicia. Primo, propria mulierum: ut Paula, Glycerium, Dido. Secundo, propria Dearum & Nympharum atque furiarum, quæ omnes Deæ aliquando dicuntur: ut Iuno. Adraſtia, nympharum una quæ Iovem enutrierunt. Celeno una Harpyarum. Tertio, per hanc regulam fœminina ſunt appellativa ſolis mulieribus data: ut ſoror, obſtetrix, quæ præeſt parientibus.

Quicquid utrique datur, commune locatur, ut *Exul*.

Omne nomen ſub una terminatione viro & fœminæ datum eſt communis generis: ut Exul, qui vel quæ exulat, *a baniſht man or woman*. Auriga, qui vel quæ currum agit, *a Carter*, Macedo, qui vel quæ in Macedonia naſcitur. Sic Saxo, Brito, Friſo, Laurens, &c. Sed melius dicimus. Friſius, Friſia quæ referres ad regulam, Eſto genus varium, &c. Mancipium, Scortum quanquam utrique ſexui conveniant, ſunt neutra tamen per regulam proximè ſequentem.

Vm neutrum pones, hominum ſi propria tolles.

Omne nomen in um eſt neutri generis, niſi fuerit homini, proprium: ut Mancipium, id eſt, ſervus vel ſerva, *a ſervant*. Scortum id eſt, meretrix, *a whoore*, vel puer meritorius. Dixi, niſi fuerit hominis proprium, quia proprium viri in um eſt, ſt maſculini generis, ut Pægnium. Proprium fœminæ eſt fœmininum, ut Philenium. Propria autem oppidorum aut alia quæcunque ſunt neutri generis, ut Gandavum, Lovanium. Sic fluviorum in um nomina, ut Cruſtumium, Rhenum. Sic dicimus & Rhenus. Item tam arborum, quam fructuum nomina in um deſinentia: ut hebenum, Paſſamum, Pomum. Sed quæ in um deſinunt ſæpius fructum ſignificant, ut pyrum, prunum.

Adjectiva trium generum ſint fine ſub uno.

Omne nomen adjectivum eſt omnis generis, ſi unica ſit terminatio: ut fœlix, audax, diſcors, quatuor, quinque, ſex, &c. centum, mille. Dicimus enim centum viri, centum pò-

ma,

ma, ſic mille viri, &c. Mille tamen aliquando eſt ſubſtantivum ſingularis numeri cujus plurale eſt millia: ut Mille equitum occiſum eſt. Duo millia, Turcarum interierunt: & ita unico l ſcribitur, teſte Placentino. *

Eſto genus varium, fuerit niſi terminus idem.

In ſubſtantivis virum & fœminam ſignificantibus, & in adjectivis ſi terminationes ſunt diverſæ, diſtincta dantur genera, In ſubſtantivis ubi duæ ſunt terminationes, prior eſt maſculini generis, & poſterior fœminini: ut Caupo, vini & epularum venditor hæc caupona, *a Tavernour*. Hic Ninivita, Sunamita, Iſraelita, Levita, & alia ejuſmodi inſinita, quæ Græce etiam in es definentia gentem aut familiam, aut populum, aut imitatorem ſignificant, & faciunt fœminina in is: ut Hic Ninivita, vel Ninivites, hæc Ninivitis, hujus Ninivitidis. Hic Teucer, hæc Teucra, id eſt, Trojanus, Trojana. Sed ejuſmodi nomina poſſunt eſſe adjectiva: ut Afer, Afra, Afrum, veluti bellum Trojanum, &c. Sic hic Cres, hæc Creſſa: hic Lacon, hæc Lacona.

Adjectiva ſecundæ declinationis omnia tribus vocibus flectuntur, quorum ſecunda eſt primæ declinationis: ut Bonus, bona, bonum. Niger, nigra, nigrum. Satur, ſatura, ſaturum. Talia ſunt omnia participia præteriti & futuri temporis: ut lectus, lecturus, legendus. Talia ſunt quoque numeralia tantùm pluralia ex centum creata, ducenti, trecenti, &c. ¶ Adjectiva tertiæ declinationis plurima ſub una terminatione omnis generis ſunt: ut Aspinas clemens, fœlix. Multa etiam duas terminationes habent: ut hic & hæc melior, & hoc melius: Sic cætera comparativa, Hic & hæc fortis, & hoc forte. Sic omnia adjectiva in is. Et in iſtis, prior vox eſt communis generis, poſterior neutri. ¶ Pauca ſunt adjectiva in er, maſculini generis, in is fœminini, in e neutri: ut, Campeſter, campeſtris, campeſtre, id eſt ad campum pertinens. Volucer, volucris, volucre, id eſt velox, aut volans. Hæc volucris ſubſtantive quicquid volat. Alacer, alacris, alacre, id eſt geſtu lætitiam indicans. Dicimus etiam hic & hæc alacris, & hoc alacre. Acer, acris, acre, id eſt fortis & vehemens. Acrimonia, vehementia. Pedeſter, pedeſtris, pedeſtre, id eſt pertinens ad pedites: ut, Pedeſter exercitus. Equeſter, equeſtris, equeſtre, ad equites pertinens: ut, Equeſter exercitus, equeſtre certamen. Sylveſter, ſylveſtris, ſylveſtre, ad ſylvam pertinens. Celeber, celebris, celebre, id eſt, Nobilis, Illuſtris, & frequens: ut, Celeber homo. Dicitur etiam hic & hæc celebris, & hoc celebre. Celer, celeris,

Campeſter
Volucer
Alacer
Acer
Pedeſter
Equeſter
Sylveſter
Celeber
Celer

Saluber leris, celere, id est velox, *swift*. Saluber, salubris, salubre, sanitatem adferens, quam qui habet sanus dicitur, *healthsome*. Insaluber, non saluber, *unhealthsome*. Dicitur etiam hic & hæc Palustris salubris, & hoc salubre. Palustris, ad paludem pertinens, vel paludem incolens: ut, Palustris locus: Canna palustris. Mediocer Mediocer, mediocris, mediocre, teste Phoca: sed sæpius hic Sequester & hæc mediocris, id est medio modo se habens. Sequester, sequestris, sequestre, medius inter litigantes.

Mobile pro fixo, fixum si subsit habetur, Quod si non fixum subsit, neutri generis sit.

Adjectivum per se positum, propter aliquod perpetuo subauditum, putatur esse substantivum ejus generis cujus *Rectius masculini.* est subauditum: ut Molaris subst. est, quia intelligitur dens, vel lapis. Si nihil subauditur, erit neutri generis: ut Antecedens, id est oratio aliam inferens. Consequens, id est oratio ex alia illata. Alia ad hanc regulam spectantia post declarabuntur.

Masculeum Fluvii nomen decet usque reponi.

Nomen Fluvii est masculini generis: ut Tybris, Sequana, Lysa, Tenera, Garumna, Pantagias. Styx & Lethe semper fœminina sunt, quia paludes esse dicuntur potius quam Fluvii. Sic Arethusa, quia Fons est, & Nympham Poetæ respiciunt. Plura declarantur in regula sequenti.

Communis proprio quandoq; genus lego junctum.

Nomen commune quandoque respicit genus superioris, Bubo vel communioris: ut Bubo est masculini generis, ut Sermo.

Ovid. *Ignavus Bubo dirum mortalibus omen.*

¶ Magis commune vel superius avis, est fœminini generis, Sic dicimus magna bubo, quia intelligitur avis. Vir. 4. *Æn. Solaque culminibus ferali carmine bubo visa queri.*

Secundo, per hanc regulam nomina montium in diverso ge- Ossa nere interdum leguntur: ut Ossa, mons Thessaliæ est fœminini generis, ut Penna, musa, interdum masculini reperitur, quia intelligitur mons. Ovid. in Ibin.

Utque dedit saltus è summo Thessalus Ossa.

Tertio, per hanc regulam nomina fluviorum fœminina inveniuntur quia intelligitur aqua. Nos inventis tantum utamur. Ovid. *Tanto est Albula pota DEO.* Mart. dixit in Masculino. *Cui rector aquarum Albula.* Nonnunquam fluviorum nomina neutra sunt quia intelligitur flumen. Talia

sunt

sunt Mulucha, Turia, & Muthul. Quartò, per hanc regulam Fabularum nomina sunt, fœminini generis, quia intelligitur superius fabula vel comœdia vel tragœdia. Ter. Quem transtulit in Eunuchum suam. Quinto nomina navium per hanc regulam sunt generis fœminini, quia ejus generis est superius navis. Vir. *Centauro invehitur magna.* Cæterum hoc loco proprium pro minus communi sumitur, sive reipsa sit proprium, ut Ossa: sive appellativum, ut Bubo.

Mulucha
Turia
Fabularum nomina
Anotio.

Insula & urbs, regio capit hæc. Neutrũ genus optant
Zeugma, Reate, Argos, Præneste, & *Tibur,* & *Ispal.*
Cære, Nepet. Neutrum vel masculeum dabit *Anxur,*
Hoc *Cim* vult. Hic aut hæc donat *Lesbos, Abydos.*
Hic *Sulmo*: hic *Agragas.* Pluralia in i maribus do.
A plurale genus, neutrum sibi poscit ubique.

¶ Insularum Regionum, & Vrbium nomina fœminina sunt. Insularum quidem, ut, Samos, Sason, Britannia. Regionum, ut Ægyptus, Africa. Vrbium, ut Ephesus, Castulo, Tarraco, Corinthus, Ierusalem. Lesbos insulæ nomen. Abydos urbs. Asiæ. Vbi poetæ terminationem aspiciunt, masculina leguntur, at tantum in neutro genere reperi zeugma zeugmatis, oppidum ad Alexandro conditum. Reate oppidum Vmbriæ. Argos oppidum Græciæ, prænestæ oppidum Italiæ. Tibur oppidum Italiæ. Sic Ispal & Cære, Cæretis oppida sunt. Etiam in neutro genere, Cæretis, Cæretis dicitur. Nepet oppidi nomen. Cim vici Italici nomen est, Anxur urbis Italiæ, dubii generis est. Sulmo Ovidii patria masculinum est. Sic Agragas, Agragantis, tam pro monte quam pro oppido masculine legitur. Virg. 3. Æn. *Arduus inde Agragas.*
¶ Pluralia in i sunt masculini generis, quicquid significent. Itaque volo regulam esse generalem non solum exceptionem à dicta regula. Inter hæc oppidorum nomina sunt Philippi, Veii, Gabii, Campi, Parsii, Bergi. Cuncta pluralia in a neutra, sunt: ut Ilia, Exta. Inter hæc oppidorum nomina sunt Bactra, Cythera, Artaxata, Susi, Hierosolyma. Licet singulariter aliquando hæc Hierosolyma, hæc Susa legamus.

Castulo
Lesbos
Abydos
Zeugma
Reate
Argos
Prænestæ
Tibur
Ispal
Cære
Nepet
Cim
Anxur
Sulmo
Agragas

Arboris est nomen muliebre. Dat hic *Oleaster,*
Vt *spinus, platanon,* at *acer, thus, robur,* habent hoc
Arbor vixque *siler.* Dabit hic aut hoc tibi *suber.*

Hic aut hæc *libanus, pinus, rubus,* atque *cupreſſus.*

Nomen arboris eſt fœminini generis: ut Pomus, Pyrus, prunus, quercus, eſculus, ſalix, abies, ficus, fraxinus, malus, morus. Malus autem arbor eſt quæ vulgo pomus dicitur. Nam pomus generale eſt ad prunum, pyrum, &c. Malus maſculinum eſt lignum veliferum, *a Maſt.* Fagus, *a Beech tree.* Buxus, *a Buſh tree.* Invenitur aliquando maſculinum Taxus, *an Ewe tree.* Vlmus arbor alba, cujus virgis vapulant pueri: ut ex Plautina lectione facile deprehenditur, *an Elme tree.* Quæ in um deſinunt, ſæpius ut dictum eſt, fructus ſignificant: ut Pyrum, Prunum. Sed nux, ficus, glans, aveliana, & quædam alia eodem ſervato genere arborem fructumque ſignificant.

Vlmus

In um fructum ſignificãt

Oleaſter Platanon

¶ A Regula excipiuntur quędam: ut Oleaſter, ſylveſtris olea, *a wild Olive tree.* Platanon, platanonis, eſt arboris nomen, aut potius locus platanis conſitus.

¶ Neutra ſunt quædam arborum nomina: ut acer aceris: Thus etiam pro arbore, Robur, vel robor ſpecies quercus duriſſimę. Siler arbuſcula vel frutex potius quam arbor vulgo ſalix dicitur, *a Saugh tree.* Suber ſæpius neutri generis quam maſculini, *a Corke tree.* Libanus arbor eſt thurifera. Calepinus dicit tam maſculini generis eſſe quam fœminini. Pinus & Cupreſſus nunc fœminina ſolum habebuntur. Rebus ſentis genus, rectius cum Virgilio maſculini proferes.

Robur
Siler
Suber
Libanus

Cupreſſus

Ex ſe nullius generis, pro nomine ſumptum.
Eſt neutrum: ceu littera, vox quoque materialis.

Dictio ex ſua ſignificatione non recipiens genus: (ut de genere hic loquimur) ſi pro nomine ſumatur, erit neutri generis ut omnis litera, & vox materialiter poſita: veluti, longum a, homo terminatum in o facit genitivum hominis.

Exempla hujus regulæ ſunt quadruplicia.

Primo verbum loco nominis: ut, *Sumens illud ave*, id eſt, illam ſalutationem. Id per infinitivum ſæpius fit. Perſ. *Scire tuum nihil eſt, niſi te ſcire hoc ſciat alter.* Id eſt, ſcientia tua. Idem: *At pulchrum eſt digito monſtrari, & dicier hic eſt.* Idem: *Velle ſuum cuique eſt, nec voto vivitur uno.*

Secundo adverbium loco nominis. Idem:

Nempe hoc aſſidue? Iam clarum mane feneſtras.
Intrat, & anguſtas extendit lumine rimas. Idem:
Iam cras heſternum conſumpſimus, ecce aliud cras.

Tertio, nomina literarum, aut ipſę literę neutri generis ſunt. Idem:

Sipotiùs es vitio nigrum præfigere Theta.

Sic unum jota: jota eſt litera Græca, hoc eſt j. Invenies tamen quandoque literarum nomina in genere fœminino per regulam Communis proprio, &c.

Quarto vox materialiter accepta eſt neutri generis: ut homo diſſyllabum in o terminatur. Martialis:

Quod tam grande ſophos clamat tibi turba togata,
Non tu Pomponi, cœna diſerta tua eſt.

Vox vel ſcriptura materialiter ſumitur, quando ſecluſa ſignificatione pro mera voce vel ſcriptura capitur, & quando ſenſus eſt, illa dictio, illud verbum illa oratio: ut Homo in o definit, id eſt, illa vox homo, &c. Cauſſa hujus eſt, quia omnis dictio habet ipſam vocem vel ſcripturam tanquam materiam & ſignificationem tanquam formam, Verumtamen veteres non dicunt dictionem materialiter ſumi, ſed technicè. Materialis vox.

EPICOENUM SIVE PROMISCUUM GENUS.

Quæ ſignant volucres una ſub voce, feraſque,
Et Piſces ſexu non certo, ſunt Epicœna.

Epicœni generis dictio eſt quæ ſub uno articulo ſignificat utrumque ſexum, etiam in nominibus animalium, in quibus ſexus non facilè dignoſcitur: ut in nominibus avium, veluti Aquila, paſſer, anſer, pica, picus, pſitacus, olor, vel cycnus, philomela, vel luſcinia, vel aedon, ſtruthio, turdus, vel coturnix, merula, acanthis, perdix, otus, niſus, &c. Gallus gallina, epicœna non ſunt, quia ſexus facile cernitur. Columba epicœnum eſt, licet etiam pro mare hic columbus dicatur. Hic OEſtrus, vel hoc œſtrum, volatile, apis magnitudine, bobus apibuſque infeſtum. Si abeſt ſexus non dicitur epicœnum, uti nec pulex, apis, muſca, anguilla, &c. Secundo, epicœna ſunt piſcium nomina: ut Balæna, maxima bellua marina, a *VVhale*. Cetus, omnis magnus piſcis. Murena, piſcis ſimilis anguillæ. Hinc Murenula, torquis, vel ornamentum colli. Sepia, piſcis habens atramentum pro ſanguine, & ponitur pro atramento. Tertio, nomina ferarum, ubi ſexus difficulter noſcitur, epicœna ſunt: ut Vulpes, muſtela, cuniculus, &c. Ad

&c. Ad diſcernendum ſexum dicimus, Cycnus mas, cycnus fœmina. Ovid. *Invenit in media fœmina piſcis aqua.* Dicitur nunc quoque lupus, lupa: urſus, urſa: leo, lea, vel leæna. *Si* quis roget, Muſtela cujus generis? *Sic* reſpondeto, Muſtela eſt epicœni generis ſub articulo hæc, quia terminatur in a.

REGVLÆ GENERVM SPECIALES.

Hæc dat a. Do neutris cum *paſcha, mammona, manna.*

Situla, Puſtula, Stipula, Fiſtula, Muſa, Mammona, Manna

Nomina in a ſunt fœminini generis: ut *Situla*, vas quo hauritur aqua, *a Bucket.* Puſtula, cutis inflatio, *a Bleb.* Stipula, calamus frumenti, *a Reede.* Fiſtula, muſicum inſtrumentum, quo flatu canitur, *a Whaſtle.* Muſa, carmen, vel carminis Dea, *a Song.* Mammona, id eſt, pecuniæ, vel divitiæ, *Riches.* Manna, cœleſtis cibus, *Heavenie Foode.* Neutra ſunt indeclinabilia. Paſcha neutrum prima, teſte Placentino, licet multi per tertiam Paſchatis declinare malunt.

Hadria maſculeum datur, atque *cometa, planeta.*

Hadria, Cometa, Planeta

Tria ſunt maſculina, Hadria, Cometa, Planeta. Hadria, ſinus maris, vel ipſum mare Hadriaticum. Cometa, vel cometes, ſtella crinita, *a Comete.* Planeta, interpretatur Erro erronis, *a Planet.* Sunt autem planetæ ſtellæ erraticæ: ut Saturnus, Iupiter, Mars, Sol, Venus, Mercurius, Luna.

Hic aut hæc *talpæ*, cum *panthera* dato *damæ.*

Talpa, Dama, Panthera

Tria in a ſunt dubii generis: ut hic aut hæc talpa: hic vel melius hæc Panthera: hic aut hæc dama. Dama, caprea ſylveſtris, *a Doe.* Panthera, animal maculoſum, *a Panther.*

Sit neutri generis per a, quicquid tertia flectit.

Scomma, problema, Diadema

Nomen tertiæ declinationis in a deſinens, eſt neutri generis: ut *Scomma* jocoſa irriſio, *a Mocke.* Problema, id eſt, propoſitio aut quæſtio, *a Queſtion.* Anathema, maledictio, *a Curſe.* Diadema, precioſus pannus, qui capiti Regio circumdatur, *a Diademe.* Pneuma, id eſt, ſpiritus.

Hoc dat e. Fœmineo generi do græcula primæ.

Cubile, Sedile

Nomen in e neutri generis: ut *Cubile*, lectus, *a Bed.* Sedile, id eſt, ſedes, *a Seate.* Duo ſunt pluralia neutra: *Cete*, grandes piſces: *Tempe*, loca amœniora Theſſaliæ. ¶ Excipiuntur

pjuntur a regula nomina in e græca primæ declinationis quæ ſunt fœminini generis: ut Synanche, id eſt, angina, *the Choakes.* Nymphe, Nympha, id eſt, formoſa puella, ſponſa, & ſemi-dea, vel Dea. Epitome, abbreviatio. Ethice, moralis ſcientia. Cætera in e pluralia fœminina. Nymphe. Epitome. Ethice.

I neutrum pono. Finita per o maribus do.

Omne nomen in i ſingulare, eſt neutri generis indeclinabile: ut Gummi, i. viſcus ex arboribus fluens, *Gum.* Sinapi, *Muſtard.* Obliqui hi caſus. Nauci, Nihili, Trioboli, & dativus frugi omnium generum nominibus apponuntur. Nauci homo: Trioboli meretrix. Nauci putamen nucis, *the ſcruſe of the Nut.* Nihil, i. inutilis, *unprofitable.* Frugi, utilis, *profitable.* Tull. Homo frugi omnia recte facit. ¶ Finita per o maribus do) Nomen in o eſt maſculinum: ut Cento, ſtragulum lecti craſſum & villoſum, *a covering of a bed.* Titio lignum ſemiuſtum, *Charcoale.* Scipio, ſtipes, *a club.* & viri nomen. Cento. Titio. Scipio.

Pondo loca neutrum. Verbale io cum caro vult hæc Talio jungatur, poſuit quod Valla virile.

Excipitur à regula Pondo neutri generis, i. libra, *a pound.* Secundo excipiuntur nomina verbalia in io quæ ſunt fœminini generis, & caro: veluti Religio à relinquendo, vel religando DEI cultus aut metus. Portio quaſi partio pars. Ratio qua bonum à malo diſcernimus, & computatio: ut redde rationem villicationis tuæ. Et reſpectus: ut habe rationem famæ. Et modus, ut percunctare qua ratione beatam vitam duces. Talio fœminini eſt contra Vallam, licet a nullo verbo deſcendat & eſt æqualis redditio. Pugio maſculinum eſt, *a whinger.* Licet a pungo vel pugno derivetur. Religio. Portio. Ratio. Talio.

Jungito fœmineis, do, go. Sed maſcula ſunto Ordo, udo, harpago, cudo, ligo. Sed dubitabis Margo, cupido, quibus jungunt cum cardine bubo.

Nomina in do & go ſunt fœminini generis: ut formido, timor, *feare.* grando, *haile.* Sartago, frixorium, *a frying-pan.* Siligo eſt tritici ſpecies und optimus fit panis qui ſiligineus dicitur.

¶ Excipiuntur pauca ab hac exceptione. Nam maſculini generis ſunt Ordo, i. in ſuo cujuſque loco collocatio. Vdo calceamenti genus. Harpago harpagonis telum in ſummitate aduncum quo navigia capiuntur, vel inſtrumentum quo capiuntur quæ in puteum vel flumen deciderunt, *a cleike, or hooke.* Ordo. Vdo. Harpago.

Cudo

Cudo. Cudo cudonis vel codo, capitis ornamentum ex corio. Ligo
Ligo. ferramentum, quo purgantur foſſæ, *a Spade.* Dubii generis
ſunt hoc eſt, maſculina vel fœminina. Margo id eſt cujuſ-
Cupido. que rei extremitas. Cupido pro cupiditate: pro amoris
DEO, ſolum maſculinum eſt. Cardo quo janua movetur,
a doore crooke: potius eſt maſculinum. Bubo declaratum eſt
in regula Communis proprio.

V, c, neutra loco, d, vel l, t. Sed hæc dabit *balec*,
Aut hoc. *Sol*, *mugil*, dant hic aut *ſal*, quod & hoc vult.

Nomina deſinentia in u, c, d, l, t, ſunt neutri generis: ut
Cornu, genu, lac, quid ſubſtantivum. Nam quod adjecti-
Tribunal vum eſt. Tribunal, ſedes judicis, *a Iuſtice ſeat.* Cervical pul-
Cervical. vinus qui capiti aut cervici ſupponitur, *a Cod.* Mel, Fel, Sub-
tal, pro cavo pedis. Nil nihil, ſine c, quia fiunt a nihilum &
hoc à ni pro non, & hilum. i. nigrum fabæ, & quidvis nul-
Sinciput. lius pretii. Caput, ſinciput, occiput. Sinciput eſt anterior
Occiput. pars capitis, *the fore-head.* Occiput verò poſterior, *the hind-head.*
¶ Excipiuntur à regula pauca. Nam halec tam fœminini
quam neutri eſt pro piſce qui ſola aqua nutritur, *an Hering.*
& pro quodam liquamine ex inteſtinis piſcium. Antonius
Nebriſſenſis, pro piſce ſolum fœminino genere, non per c,
ſed per x literam hæc halex dici debere aſſerit. Hic Sol,
mundi oculus, *the Sunne.* Mugil piſcis capitoſus, qui in metu
abſcondito capite, totum ſe occultari putat. Sal, *Salt.* Nunc
eſt maſculinum, olim etiam neutrum. Columella. Sal acer
& ſiccus. Tot, quot, aliquot, adjectiva ſunt omnis generis.
Sic ab illis compoſita, totidem & quotcunque. Vnde no-
Notandum. tandum eſt quod quandocunque poſterior pars compoſiti ge-
nus non recipit, ut ſunt ſyllabicæ adjectiones & adverbia,
tum ſolum priorem partem aſpiciemus. Tantundem neutrum
eſt, ut, tantum. Idem priore longa maſculini eſt, ut is.
Idem priore brevi, neutrum eſt, ut id.

An, in, on, maribns dantur, ſint neutra ſecundæ,
Hic aut hæc *Python*. *Sindon* muliebris, & *Icon*.

Titan. Nomina deſinentia in an, vel in, vel on, maſculina ſunt,
Pæan. ut Titan, id eſt Sol. Pæan. i. hymnus & Appollo. Delphin
Delphin. piſcis quidam & aſtrum. Dæmon interpretatur ſciens. Ca-
Dæmon. non. i. regula. ¶ Excipiuntur à regula nomina in on ſecun-
Canon. dæ declinationis quæ Latini plerumque vertunt in um &
Colon. ſunt neutri generis: ut Colon. i. membrum. Python, ſerpens
Python. quidam, dubii generis eſt. Fœminina ſunt *Sindon*, velum
Icon. ſubtiliſſimum, & Icon, id eſt imago.

En neutrum pono: mas eſt cum *pectine lichen*,
Et *ren*, ſive *rien*, *atagen*, *ſplen*, junge *lienem*.

Nomen in en eſt neutrum: ut Flumen, i. fluvius, *a flood*. Fulmen, ignis ingenti velocitate à nubibus decidens, *a fire-flaught*. ¶ Excipiuntur à regula pauca maſculina: ut Pecten, eſt quo pectitur capilius, *a Kame*. Lichen, i. mentagra, talis morbus. Ren, ſive rien, *the Nier*. Attagen ſignificat avem quandam delicati ſaporis valde vocalem, ſed captam mox obmuteſcentem. Splen & Lien idem ſignificant, *the melt*. Splene ridemus, felle iraſcimur, corde ſapimus, jecore amamus. Perſius: *Quid faciam? ſed ſum petulanti ſplene cachinno*. *Atagen per ſyncopen, pro attagen.*

Ar petit hoc: ſed *lucar* avis, cum *baccare*, vult hæc.
Nunc *jubar* hoc tantum poſcit, *jubar* hic dedit olim.

Nomina in ar ſunt neutra: ut Lupanar, domus luparum, i. meretricum, *a Bordel*. Calcar, i. ferreus ſtimulus ad calcem alligatus ad urgendos equos, *a Spurre*. Cochlear, quo ſorbemus, *a Spoone*. ¶ EXCIPIVNTVR duo fœminina, Lucar pro ave prima luce ſuaviter canente, *a Laverocke*. Lucar neutrum, erogatio quæ in lucis fiebat. Baccar vel baccaris herba quædam ſine aſpiratione: Bacchar cum aſpiratione neutri generis eſt, vas vinarium quod Baccharium quoque & Bacchium dicitur, jubar, ſol vel ipſius ſplendor, *the Sunne beame*. Nunc eſt neutrum, olim etiam fuit maſculinum. Lupanar. Calcar. Cochlear Lucar Baccar Bacchar. Iubar.

Er petit hic. Terræ hoc fœtus [*cucumer* niſi] poſcit:
Vber, *iter*, *verber*, *cancer*, ternæ atque *cadaver*.
Ver, *ſpinter*, *tuber*, dabit hic aut hæc tibi *linter*.

Nomina in er, ſive declinationis ſecundæ ſive tertiæ ſunt maſculini generis: ut culter, paſſer, &c. ¶ Excipiuntur à regula quædam nomina tertiæ declinationis, neutri generis, fructus terræ ſignificantia: veluti Papaver, herba ſemen ſoporiferum habens, *the Cheſbowe*. Cicer, quoddam legumen eſt ſuperius acutum: ſic piper, zinziber: & ſi qua ſunt ſimilia. Cucumer tamen maſculinum eſt, verum ſæpius in nominativo cucumis legitur, herba quædam & ejuſdem eſt herbæ fructus, cujus cortex maturitate tranſit in lignum, & ſi magnitudine exceſſit pepo vocatur, teſte Plinio, *the Cucumber*. Neutra etiam ſunt quæ ſequuntur, Vber, mamma pecoris. Iter, itio vel actus eundi, & aliquando via, *a paſſage*. Verber, verberandi inſtrumentum. Cancer pro morbo quo- Vber Iter Verber Cancer

bo quondam tertiæ declinationis neutri generis apud veteres
Cadaver nunc potius maſculinum eſt, & ſecundæ declinationis. Ca-
Ver daver à cadendo, eſt corpus mortuum, *a Carrion.* Ver, an-
Spinter ni pars temperatior, *the Spring time.* Spinter fibula mulieris,
Tuber i. uncus quo veſtes nectuntur, *a Broach.* Tuber, priore lon-
ga eſt terræ callus. Metaphoricos pro quovis tumore ca-
pitur. Ter. Tuber eſt totum caput: Tuber priori brevi arbor
Linter eſt, fœmininum. Linter, navicula vel lignum cavatum: re-
ctius fœmininum eſt.

Ir junges maribus, neutri generis tamen eſt *hir.*

Nomen in ir maſculinum eſt: ut Vir, & gentile Trevir.
Hir At Hir, id eſt, vola manus, eſt neutrum, *the inſide of the hand.*

Hic dat or. Hæc *arbor.* *Cor*, *ador*que hoc *marmor*, *& æquor.*

Mœror Nomen in or maſculinum eſt, ut Mœror, vehemens, do-
Rumor lor, Rumor, populi ſermo. Fulgor, id eſt, ſpendor Vnicum
Fulgor eſt fœmininum Arbor. Quatuor ſunt in or neutra. Cor,
Cor fons & radix vitæ, *the heart*, Ador, frumentum quoddam,
Ador *VVheat.* Marmor, genus lapidis. Æquor, id eſt, mare, *the*
Marmor *ſea.* Aliquando etiam campus aut aer. Nam proprie dici-
Æquor tur æqua ſuperficies rei.

Hoc dat ut. Hic *furfur* capiet, cum *vulture*, *turtur.*

Murmur Nomen in ur eſt neutri generis: ut Murmur, lenis aquæ
Guttur ſtrepitus licet pro quovis ſtrepitu capiatur. Guttur, eſt fi-
Guttus ſtula colli, *the throat.* Guttus, eſt vaſculum ſuperne anguſtum,
Furfur unde liquor guttatim effunditur. Tria excipiuntur à regula
Vultur maſculini generis. Furfur, purgamentum farinæ, *Clats, or*
Turtur *braine.* Vultur avis rapax & carnivora. Turtur, *a turtle dove.*

As petit hæc, neutrum eſt *vas* *vaſis*, *faſ*que, *nefaſ*que, Atque *Ceras.* Vult *as* hic *aſſis*, ut omnia primæ Nomina: queis addes *adamas*, *elephas*, *agragaſ*que.

Charitas Nomen in as eſt fœminini generis: ut Charitas cum h,
Caritas i. dilectio, *love or charitie.* Caritas ſine h, i. precioſitas, *dearth.*
Facultas Facultas, i. poſſibilitas, ars, poſſeſſio. Excipiuntur à regula
Vas vaſis quatuor neutra. Vas quando genitivus eſt vaſis quod con-
Fas tinet aliquid, *a veſſell.* Fas licitum, *lawfull.* Nefas illicitum, *un-*
Nefas *lawfull.* Ceras, ceradis cujuſdam loci nomen. Maſculinum, vero
eſt, As aſſis, libra duodecim uncias continens. Accipitur pro
nummo

nummo, & pro tota poſſeſſione, ut hæres ex aſſe, i. tota poſſeſſione. Maſculina etiam ſunt omnia primæ declinationis nomina in as: ut Tiaras, capitis ornamentum, quo Reges & Sacerdotes utebantur, *a Diademe.* Pharias, ſerpentis nomen. His junguntur Adamas lapillus pretioſus, *an Adamant.* Elephas, maximum animal, *an Elephant.* Agragas pro monte, & ſimiliter pro oppido, ut & dictum eſt ſuperius.

Es ſit fœmineum. *Tudes,* hic vult *poples & ames,*
Pes, aries, paries, palmes, cum *limite, ſtipes,*
Et *fomes, trames, termes,* cum *gurgite, ceſpes,*
Et *verres, merges,* quibus addito græca: *dieſque,*
Tempore pro certo, cum prole: dat hæc ita raro.

Apes — Nomen in es eſt fœminini generis: ut Apes, beſtiola nota, *a Bee.*
Moles — Moles, id eſt, magnitudo, *a great quantitie.*
Proles — Proles, filius, aut filia, *a Childe.*
Cades — Cædes interfectio, *ſlaughter.*
Sedes — Sedes, id eſt ſedile, *a ſeat.*

Tudes — ¶ Excipiuntur à regula quædam in es nomina maſculini generis: ut tudes, malleus à tundendo dictus, *an hammer.*
Poples — Poples curvatura ſub genu, *the hegh.*
Ames — Ames ſine h baculus, quo ſuſtentatur rete aucuparium, *a Fowlers ſtaffe.*
Pes — Pes, ima pars corporis, *the foote.* Sub hoc comprehenduntur
Semipes — Semipes, id eſt, dimidium pedis, *halfe a foote.*
Seſquipes — Seſquipes, id eſt, pes & dimidium pedis, *a foote and an halfe.*
Sompes — Sompes, & cornipes, id eſt, equus, *an Horſe.*
Aries — Aries maſculus ovium, & quoddam inſtrumentum bellicum, *a Ram or a battering ram.*
Paries — Paries murus domus ex quacunque materia, *a wall.*
Palmes — Palmes, ramus vitis, *a vine branch.*
Limes — Limes, lignum aut lapis agros diſtinguens, & quicunque, terminus, *a Marcb.*
Stipes — Stipes, fuſtis terræ defixus & quicunque baculus, *a ſtocke.*
Fomes — Fomes, nutrimentum: ut vinum eſt fomes libidinis, *nouriſhment.*
Trames — Trames via, vel tranſitus à tranſmeo, *a way.*
Termes — Termes, ſurculus arboris, *an impe of a tree.*
Gurges — Gurges profundus in flumine locus, *a weil.*
Ceſpes — Ceſpes fruſtum terræ graminoſæ, *a Turffe.*
Verres — Verres porcus non caſtratus, nam caſtratus dicitur Majalis, *a Baire.*
Merges — Merges manipulus ſpicarum, *a Single.* Maſculina quoque ſunt nomina Græca: ut Panetes, Cometes, lebes, vas æneum in quo res bulliunt, *a Kettle.* Tapes, *Tapeſtrie.*
Tapes

Dies — Dies pro certo tempore viginti quatuor horarum eſt tam fœminini quam maſculini generis, teſte Non Marcello, *a day.* Sæpius tamen maſculini eſt: ut meridies ejus compoſitum ſemper eſt maſculinum, *the noone-tide.* Dies pro tempore

pore ſimpliciter ſapiùs fœmininum eſt. Tibullus:
Longa dies homini docuit parere leones.

Hippomanes neutrum dabimus, velut æs, cacoethes.

Hippomanes. Neutri generis ſunt Hippomanes, & quod per *æ* diphthongum ſcribitur æs, & cacoethes, Hippomanes, virus ab equa collectum, vel caruncula in fronte pulli equini hominem ad inſaniam redigens. Æs quoddam metallum, capitur pro pecunia, *Braſſe, or Money.* Alienum æs, pecunia debita, *debt.* Cacoethes, malus mos, *an evill uſe.*

Is dabo fœmineis. Sunt maſcula *piſcis* & *axis*,
Glis, callis, vermis, ſotularis, acinacis, orbis,
Et cenchris, vectis, poſtis, cum ſanguine faſcis,
Et fuſtis, menſis, collis, caulis, quoque ſollis,
Et caſſis, torris, quibus addes pollis, & enſis,
Sic delphis, cucumis, vomis, compoſtaque ab aſſe,
In nis finitum, lapis, unguis, aqualis, aprilis.

Bilis. Nomen in is eſt fœminini generis: ut Bilis, cholera & ira, *anger.* Ne moveas mihi bilem. Cratis, rara connexio ferramentorum aut lignorum, *a Brander.* Hinc cratis ferrea
Cratis. cratis viminea, *a Tirlew.* Vallis, locus declivis, *a Valley.*
Vallis. Axis, ſtipes, vel lignum teres circa quod rota currus vertitur, *an Axill tree.* Glis animal non abſimile muri, *a Ratton.*
Piſcis. Callis via trita, *a plaine gait.* Vermis, *a worme.* Sotularis, id eſt
Axis. calceus, *a ſhoue.* Acinacis, id eſt gladius, & propriè Medus vel
Glis. Perſicus, *a cultnyſh.* Orbis, res rotunda, circulus, *a circle or a*
Callis. *Treanchour.* Cenchris, quidem ſerpens. Vectis inſtrumentum
Vermis. quo clauditur oſtium, *a ſlot.* Eſt quoque lignum teres quo
Sotularis. aliquid vehitur aut portatur, ut Vectis arcæ. Poſtis latus
Acinacis. januæ aut portæ, *a poſt.* Sanguis id eſt, cruor. Proprie ta-
Cenchris. men ſanguis qui eſt intra venas, *blood.* Cruor fuſus ſive ſa-
Vectis. nies. Faſcis, res ligatæ ad portandum, *a packald.* Fuſtis, ba-
Poſtis. culus, *a battoun.* Menſis notum, *a month.* Collis id eſt mon-
Sanguis. ticulus, *an hill.* Caulis ſtipes herbæ: ponitur nonnunquam
Faſcis. pro braſſica, *Colewort.* Follis inſtrumentum quo atrahitur
Fuſtis. & emittitur ventus, *a bellow.* Caſſis, dum rete ſignificat nam
Menſis. pro galea fœminini generis eſt, *a Net and an Hewmond.* Tor-
Collis. ris lignum ardens, vel aduſtum, *a burnt tree.* Pollis flos tri-
Caulis. tici,
Follis.
Caſſis.
Torris.
Pollis.

tici, hoc eſt, ſubtilior pulvis farinæ, *Flower*. Enſis id eſt, gladius, *a ſword*. Delphis, id eſt, Delphin maris bellua & ſignum cœleſte, *a Dolphine*. Vomis, ferramentum aratri, *the ſocke of the plough*. ¶ Maſculina etiam ſunt compoſita ab aſſe, ut Semis, id eſt dimidium aſſis. Treſſis, id eſt, tres aſſes. Sic octuſſis, decuſſis, vigeſſis, centuſſis, &c. quæ ſunt ponderum aut nummorum nomina, Treſſis adjectivè capitur. Perſius. *Dama eſt non Treſſis Agaſo*. Maſculina item ſunt in nis finita: ut Panis, Penis, id eſt, cauda. Funis, *a corde*. Item lapis. Vnguis, id eſt, durities digitorum tam in avibus cæteriſque beſtiis quam in homine, *the naile of the finger, or the toe*. Aqualis, id eſt, vas in quo affertur aqua, *a water tub*. Aprilis nomen Menſis. Sic maſculina ſunt Sextilis, Quintilis: quia per naturam adjectiva ſunt, ac quaſi ſubſtantiva ponuntur quia intelligitur maſculinum menſis.

Enſis. Delphis. Vomis. Treſſis. Penis. Funis. Aqualis. Aprilis. Quintilis

Hic aut hæc *finis*, *clunis*, cum *corbe canalis*, *Anguis* & *halcyonis*, *torquis*, *pulvis*, *cinis*, *amnis*.

Nomina hic poſita ſunt dubii generis. Finis, terminus ſive extremitas in unaquaque re, *the ende*. Clunis natis, ſive natis tumor, *the buttocke*. Corbis vas vimineum, *a Creill*. Canalis, lignum cavatum, aut quidvis aliud per quod aqua fluit in viis, *a ſpout*. Anguis ſerpens, *a ſerpent*. Halcyonis, avis maritima in arenis medio ferè hyeme ova deponens: Dicitur etiam hæc halcyonis, & halcyone, & latine alcedo. Torquis, colli ornamentum & ſummi pectoris: ut circulus aureus flexilis obtortus, *a chaine*. Amnis fluvius, *a flood*. Pulvis, *duſt*. Notandum tamen eſt Canalis, pulvis, cinis, & amnis ſæpius eſſe maſculina.

Finis. Clunis. Corbis. Canalis. Anguis. Halcyonis. Torquis. Amnis. Pulvis.

Os maribus detur. Sint neutra *chaos*, *melos*, *os*, *os*. Atque epos. Hæc *arbos* dices, cui jungito *cos*, *dos*. Cum multis Græcis: per us hæc vertere Latini.

Nomen in os deſinens eſt maſculinum: ut Ros humor qui ſereno tempore fluit ſuperne, *Dew*. ¶ Excipiuntur à regula pauca neutri generis. Chaos, confuſa rerum materies: capitur pro nocte & inferno, *a confuſed maſſe*. Melos, id eſt dulcis modulatio, *Melodie*. Os oris notum eſt, *the mouth, or the face*. Os oſſis, *a bone*. Epos carmen, *a verſe*. Fœminina ſunt Arbos, id eſt arbor, *a tree*. Cos lapis quo ferrum acuitur, *a whetſtone*. Dos, quod ſponſo cum uxore datur, *Tocher-good*. Capitur pro quovis dono vel gratia. Fœminina ſunt

Ros. Chaos. Melos. Os. Os. Cos. Dos.

Papyros. multa Græca in os, quæ in us vertunt Latini: ut Papyros, aut papyrus, frutex vel arbuscula Ægypti, unde nebant chartæ in quibus scribebant: nunc ex linteolis contritis fit,
Eremos. priore retento nomine, *Paper.* Eremos vel eremus penultima
Periodos. longa locus, desertus, *a desert place, or hermitage.* Periodos
Synodos. vel periodus, id est circuitus, *a compleit point.* Synodos vel
Exodos. synodus, id est conventus, *an assemblie, or convension.* Exodos vel exodus, id est exitus, *an out passage.*

Vs mas non ternæ: quod ternæ est, dicito neutrum,

Nomina in us secundæ aut quartæ declinationis, sunt generis masculini: tertiæ verò neutri. Exempla prioris partis ex
Acervus. secunda declinatione. Acervus, id est cumulus, *an heape.* Man-
Nævus. nus, equus mansuetus & parvus, *a Nag.* Nævus macula in corpore, *a spot on the bodie.* Ex quarta declinatione. Casus ruina & eventus, *a fall, or change.* Census, pecunia vel substantia, *Riches.* Ovidius:

In pretio pretium nunc est: dat census honores.
Census amicitias, pauper vbique jacet.

Exempla posterioris partis: ut Corpus, hulcus, vulnus, thus, rus, opus, pectus, tempus, latus, munus, &c. declaranda in secundo libro. ¶ Excipiuntur multa Græca in us fœminini generis, secundæ declinationis, quæ Græcè in or desinunt, ut papyrus, arctus, eremus, periodus, synodus, methodus, & cætera comprehensa sub exceptione precedenti. Cum multis Græcis, per us hæc vertere Latini.

Fœmineum *domus* est, & *vannus, humus, colus, alvus,* Et *tribus,* atque *manus* ceu *porticus,* ac *acus, idus.*

Excipiuntur à priore parte regulæ pauca fœminini generis: Domus, partim secundæ, partim quartæ, ut Colus: cujus ablativus colu in quarta declinatione apud Ciceronem reperitur. Et quæ tantum secundæ declinationis sunt, vannus, humus, alvus. Reliqua sunt quartæ declinationis. Et idus
Domus. tantum est pluralis numeri. Domus est ædificium ad habitandum, factum ex tecto & parietibus, *an house.* Improprie, pro quocunque habitaculo sumitur, ut pro templis & nidis ferarumque latibulis. Sumitur pro familia, pro gente & Pro
Vannus. patria. Vannus, vas vimineum latum, aptum purgando fu-
Humus. mento, *a sieve.* Humus, terra humefacta, *earth.* Colus instru-
Colus. mentum quod pensa continet, à quo fila fuso ducuntur, *a*
Alvus. *rocke.* Alvus, venter, sed propriè ea pars qua sordes effluunt, *the*
Tribus. *wombe.* Tribus, progenies, *a kinred.* Manus membrum notum
Manus. *the*

the hand. Manus quoque multitudo & poteſtas. Porticus, ampla domus propter repentinos imbres, umbrarum ac deambulationis gratia ædificata, *a gallerie.* Acus, inſtrumentum ſartoris, *a needle.* Acus vero neutri generis tertiæ à ſimilitudine acus ſartoris purgamenta frumenti denotat. Acus maſculini generis & ſecundæ declinationis piſciculus eſt. Idus ſunt dies quidam menſis, *certaine dayes of the Month.* Porticus. Acus. Idus.

Dat *pecus*, hæc *pecudis*, *ſubſcuſque*, *paluſque*, *ſaluſque*.
Quæque *ſenex*, *juvenis*, cum *ſervio*, nomina donant,
Et *virtus*, *incus*: at maſcula ſunt *lepus*, & *mus*.
Et quæ *pus* donat, veluti *chytrapus* volo jungi.

A poſteriore parte regulæ excipiuntur, pauca fœminini generis, quæ ſunt hęc. Pecus, quando genitivus eſt pecudis nam ſi pecoris facit, neutri eſt, *all ſorts of beaſts.* Et utrumque ſignificat quod vis animal, quod hominis ſub imperio pabulo terræ paſcitur ut ſunt boves, aſini, equi, cameli, oves, capræ, &c. Pecus pecoris etiam totum gregem ſignificat. Virgil. Pecus.

Deſpectus tibi ſum nec quis ſim quæris Alexi.
Quam dives pecoris, nivei quam lactis abundant.

Subſcus, tabella qua tabulæ inter ſe conjunguntur, quia qua immittitur ſuccidditur. Cato de re Ruſtica: Subſcudes ilignas adindito. Palus, terra aquoſa, vel aqua nigra non fluens, *a myre.* Palus pali maſculini eſt ſtipes magnus, *a great ſtake.* Salus incolumitas: aliquando etiam remedium, *health.* Senectus ſenecta ſenum ætas, *age.* Iuventus, juvenum ætas, & capitur pro ipſis juvenibus, *youth-head.* Servitus ſerviendi conditio & ſervitium, *ſervice.* Virtus eſt ars bene rectęque vivendi & propriè fortitudinem ſignificat, *vertue.* Incus ferramentum magnum ſuper quod fabri cudunt, *a ſtadie.* At maſculini generis ſunt Lepus animal notum, *an Hare.* Et Mus, *a Mous.* Maſculina ſunt Græca à pus podis, id eſt pes: ut Tripus id eſt, menſa tripes, *a three footed board.* Chytrapus, ferramentum cui ſuperponitur cacabus vel olla habens pedes, *a footed pot.* Chytra vel chytron eſt olla, *a pot.* Antipus, homo contra pedes noſtros ambulans. Subſcus. Palus. Salus. Senectus. Iuventus. Servitus. Virtus. Incus. Lepus. Mus. Tripus. Chytrapus. Antipus.

Carbaſus hic aut hæc, *groſſus*, dant *grus*, *atomuſque*.
Lecythus, atque *pharus*, *penus*, & *ſpecus*, & *paradiſus*.
Sic *alvus* quondam junge *intybus*, atque *phaſelus*.
Pampinus, atque *arquus*, pro fructu *ficus*, at hic vult

Pro morbo: nunquam declinat quarta virile.
Hoc *ſpecus*, atque *penus* dices, dum tertia flectit.
Hic aut hoc *vulgus*. Solum hoc *virus*, *pelaguſque*.

Carbaſus. Grus. Groſſus. Atomus Lecythus. Pharus. Penus. Specus. Paradiſus. Alvus. Intybus. Phaſelus. Pampinus. Arcus, vel arquus. Ficus.

Quædam nomina in us ſunt dubii generis: ut hic vel hæc Carbaſus ſæpius fœminini generis, eſt genus lini miræ tenuitatis, unde fiebant vela, quæ ob id undecunque fiunt nunc carbaſa dicuntur, *fine lint, or a ſaile*. Grus epicœni generis ſub hic vel hæc, avis eſt nota, *a Crane*. Groſſus, ficus arbortiva, quæ non matureſcit, *a wyld figge*. Atomus, corpus inſecabile, *the motes of the Sunne*. Lecythus, ampulla olearia, *an Oyle ſtoipe*. Pharus, turris altiſſima in alquo portu, propter navigantium ſalutem, ad prælucendi miniſterium fabricata, *a beaken*. Penus ſecundæ vel quartæ declinationis eſt maſculini generis vel fœminini, tertiæ vero ſolum neutri generis eſt quemadmodum & ſpecus. Significat autem Penus omne eſculentum & poculentum quo homines veſcuntur, *ame thing that may bee eaten*. Specus eſt ſpelunca, unde ſpectare licet, *a denne*. Paradiſus, id eſt, pomarium & locus amœniſſimus, in quo conſtitutus fuerat à DEO homo fœminini generis eſt apud Græcos, *Paradiſe*. Alvus olim quoque maſculini generis erat, nunc tantum fœminini eſt. Intybus herbæ nomen, *Ciorie*. Phaſelus, navicula velox & oblonga, Pampinus. *a Birge, or Pinnire*. Pampinus vitis ramus. Arcus vel arquus pro Iride, tam ſecundæ quam quartæ declinationis: melius eſt maſculini generis, *the raine-bow*. Ficus, arbor nota ſolum eſt fœminini generis, per regulam generalem, *a figge tree*. Ficus pro fructu eſt maſculini & fœminini generis, in maſculino ſolum ſecundæ declinationis: etiam morbum quendam à ſimilitudine fici ſignificans, *the fike*. In fœminino genere, tam ſecundam quam quartam declinationem recipit.

Mart. 1. *Cum dixi ficus tides quaſi barbara verba,*
Et dici ficos Cæciliane jubes.
Dicemus ſicus, quas ſcimus, in arbore naſci.
Dicemus ficos, Cæciliane tuos.

Vulgus eſt multitudo ignobilis tam maſculini quam neutri generis, *the common people*. Tantum ſunt neutri generis: Pelagus, mare, *the ſea*. Et Virus, venenum, gravis odor, *poyſon*. Pelagus etiam nonnunquam maſculine reperitur. Valer. Flac.

Pelagum quantos aperimus in uſus.

Fœmineũ eſt *laus*, *fraus*, velut s, cui cõſona juncta eſt.

Laus. Fraus.

Laus & fraus, & omnia nomina deſinentia in s præcedente,

dente conſonante ſunt fœminini generis: ut Trabs, puls, ſtirps, ars, glans, mens, &c. Laus proprie virtus & laudatio, *prayſe, or loving*. Fraus deceptio & periculum, *deceit*. Trabs craſſum lignum in ædificio, *the balke of an houſe*. Hyems, id eſt, bruma, *the winter*. Trabs. Stirps.

Maſcula ſunt *pons, fons, mõs, ſeps* dum denotat anguem
Denſque *Chalybs, torrens: aſſis* cui jungito partes,
Et polyſyllaba in s, dum p præponitur illis.

Excipiuntur ab illa regula quædam maſculini generis, & ſunt hæc. Fons à fundendo, quia fundit aquam, *a running well*. Pons aſſer, vel quidvis aliud per quod ſuper aquas tranſimus, *a bridge*. Mons terræ tumor altiſſimus, *a mountaine*. Seps, parvus ſerpens, ex cujus ictu membra percuſſa putreſcunt, *a kinde of ſerpent*. Lucan. Fons. Pons. Mons. Seps.

Oſſaq; diſſolvens cum corpore tabificus ſeps.

At ſeps pro ſepimento eſt fœmininum, & in eadem ſignificatione dicitur hæc ſepes, hujus ſepis, *an hedge*. Dens. *a tooth*. Chalybs, populus quidam, & ferrum optimum, & aliquid ex chalybe fabricatum, *Steele*. Torrens fluvius ex imbre aggeſtus, *a ſpait*. Item maſculina ſunt nomina ſignificantia partes aſſis. Vnde as eſt duodecim unciæ. Vncia eſt prima pars aſſis, *an vnce*. Nomina itaque de quibus loquor ſunt, Sextans ſexta pars aſſis, id eſt duæ unciæ, *two vnces*. Quadrans unciæ tres, quaſi quarta pars aſſis, & vocatur etiam Triuncium, *three vnces*. Triens tertia pars aſſis, id eſt unciæ quatuor, *foure vnces*. Quincunx unciæ quinque hoc in unx deſinit non in ns, *five vnces*. Semis, id eſt ſemias: hoc eſt ſex unciæ, *ſixe vnces*. Septunx in x, non in ns, id eſt unciæ ſeptem, *ſeaven vnces*. Bes id eſt unciæ octo, *eight vnces*. Dodrans unciæ novem, quaſi dempto quadrante & dicitur nonunciam, *nine vnces*. Dextans, id eſt unciæ decem, quaſi dempto ſextante, *ten vnces*. Deunx in x non in ns, unciæ undecim: quaſi dempta uncia ab aſſe, *eleven vnces*. Hæc nomina ſignificant nummos & vaſa. Item maſculina ſunt polyſyllaba in ps: ut Hydrops, aqua intercus, *hydropſie*. Æthiops maſculinum eſt: quia fœmina dicitur Æthiopiſſa, *a More*. Sextans. Quadrans. Triens. Quincunx. Semis. Septunx. Bes Dodrans. Dextans. Deunx. Hydrops. Æthiops

Hic aut hæc *forceps* & *adeps, frons*, cum *ſcrobe, ſerpens,*
Atque *rudens* & *ſtirps*, dum truncum ſignificabit.

Pauca in s desinentia præcedente consonante sunt dubii generis: ut Forceps instrumentum quo tenetur aliquid, Adeps. *a paire of tangs*. Adeps, id est pinguetudo cujuscunque rei, Frons. *fatnesse*. Frons nunc fœminium est, sive folium, sive capitis anteriorem partem notet, *the forehead, or the leafe of a tree*. Scrobs. Scrobs, fossa aut puteus, *a ditch, or furre*. Serpens, i. anguis, *an Elder*. Rudens, funis nauticus, *a Cable*. Stirps, pro origine, vel pro gente solum est fœmininum: at pro trunco vel radice, tam masculini quam fœminini generis est, *the roote of a tree*.

Forceps. Serpens. Rudens. Stirps.

Hæc petit x. Polysyllaba in ax & in ex maribus do. Dic tamen hæc *fornax*, *similax*, *carex*, velut *halex*, Addatur *vibex*, cum *forfex*, atque *supellex*.

Nomina in x sunt fœminini generis, ut Celox, i scapha, nomen habet à celeritate, *a shallope*. Pax, lex, &c. ¶ Excipiuntur polysyllaba tam in ax quam in ex: quia sunt masculini generis: ut Thorax, i. pectus, & pectoris munimentum, Nycticorax. *the breſt, or breſt-plate*. Nycticorax, corvus nocturnus, a nyx, i. nox, & corax, corvus, *the night crow*. Frutex, medium quid inter arborem & herbam, *a ſticke*. Pollex, primus digitus, quia præ cæteris pollet, *the thumbe*. Inter polysyllaba, i. habentia plures syllabas quam unam, fœminini generis sunt, Fornax, caminus ubi coquuntur lapides, *a fornace*. Similax & smilax genus hederæ: flore candido, olente lilium. Carex, herba acuta & durissima similis asparago, *wylde fogge*. Halex, piscis, *an Herring*. Vibex, signum flagelli in corpore, *the marke of a ſtroake*. Forfex, instrumentum sartorum, quo aliquid scinditur, *a payre of Sheeres*. Supellex, res domestica, *Houſhold Stuffe*.

Thorax. Frutex. Pollex. Fornax. Similax. Carex. Halex. Vibex. Forfex. Supellex.

Masculæ sunt *fornix*, *phœnix*, cum *maſtige*, *varix* Et *bombyx*, *spadix*, & *oryx* quodque *uncia* præbet: *Grex*, & *eryx*, *sandix*, *volvox*, *calyx*que, *calix*que.

A regula hæc petit x tolluntur plura masculini generis ut Fornix, arcus in ædificiis, & quodcunque opus concameratum, *a pend, or vault*. Phœnix, avis unica. Phœnix etiam est ventus quidam & fluvius; & vir regionis Phœniciæ. Maſtix. Maſtix, maſtigis, id est flagellum. Vtimur in compositis, ut Homeromastix, id est reprehensor Homeri & flagellator. Varix. Varix, vena tumida in corpore humano, *a bolden veine*. Bombyx. Bombyx, pro verme, araneorum in morem, tenuissima fila ducente

Fornix. Phœnix. Varix. Bombyx.

cente ad veſtem faciendam, *a ſilke worme.* Spadix, eſt quidam color, *Scarlet.* Oryx animal in Getulia, ex capraruum genere. Compoſita ab uncia ſunt, Quincunx, ſeptunx, deunx: de quibus dictum eſt in præcedentibus. Grex, pecudum multitudo, *a flocke of beſtiall.* Eryx, montis Siciliæ nomen. Sandix, herba quædam & coloris genus. Volvox, vermis qui convolvolus & involvolus dicitur, *a kynde of worme,* Calyx cum y Græco, priore producta, maſculini generis, bacca roſæ, id eſt, roſa clauſa & omnis cortex, ſive putamen, cui fructus aliquis includitur, *an vnſpred flower.* Calix cum i noſtro eſt vas potorium: aut etiam, in quo legumina, & cætera reponuntur, *a Cuppe.*

Spadix. Oryx. Grex. Eryx. Sandix. Volvox. Calyx. Calix.

Hic aut hæc *cortex*, & *onyx*, cum prole, *ſilex*, *lynx*, *Imbrex*, *calx*, *ramex*, *pumex*, *obicem* volo jungi. Atque *culex*, *natrix*. Sunt qui *limax* quoque jungunt.

Quædam nomina in x ſunt dubii generis: ut hic aut hæc Cortex, & eſt velut corium cujuſcunque rei, *the barke.* Onyx, id eſt unguis & gemma candorem habens unguis humani, *the naile, or a precious ſtone.* Sardonyx, gemma Sardi, onychiſque colorem repreſentans, *a Sardonix.* Silex eſt lapis duriſſimus, unde excutitur ignis, *flint ſtone.* Lynx, eſt animal maculoſum, ex luporum genere, acutiſſimè videns, cujus urina in calculi duritiem vertitur, *a beaſt of ſharpe ſight.* Imbrex eſt canalis in tecto, per quem defluit imber, *a gutter in the thacke.* Calx, pes imus dubii generis eſt, *the heele.* Alias tantum fœminini. Ramex, credo melius eſſe maſculinum: eſt autem idem quod hernia, *Rumburſemeſſe.* Pumex lapis, cavernoſus ad corpora lævigandæ laudatiſſimus, *a pumiſh ſtone.* Plaut. Pumex non eſt æque aridus, atque hic eſt ſenex. Obex objectum vel obſtaculum, ut peſſulus, ſera, *a barre.* Culex vermiculus alatus, *a midge.* Natrix ſerpens aquaticus, *a water ſnake.* Limax, eſt teſtudo & cochlea terreſtris, qua & limaca, à limo dicitur, *a Snaile.*

Cortex. Onyx. Sardonyx. Silex. Lynx. Imbrex. Calx. Ramex. Pumex. Obex. Culex. Natrix. Limax.

DE REGVLARI PARTIVM, *ORATIONIS CASVALIVM* DECLINATIONE.

LIBER SECVNDVS.

Declinationis vocabulum quia generale est, etiam verborum variationi convenit. Sed nobis hic est declinatio dictionis per casus in fine variatio. Vt Nominativo hæc Musa: Genitivo hujus Musæ: Dativo huic Musæ, &c. Variantur autem per casus tres tantum orationis partes, quas ob id casuales vocant, & sunt Nomen, Pronomen, & participium. Participia declinantur ut nomina. De pronominibus in fine agetur.

Declinationes nominum sunt quinque: quibus quandoquidem nomina dantur (quemadmodum & conjugationibus verborum & personis) ab ordine quem acceperunt. Hinc est quod rectius interrogaturi sumus. Quotæ declinationis? ut & quotæ personæ? Quotæ conjugationis? quam cujus declinationis? &c. Quotus enim de numero ordinali interrogat, non quis.

Casus est declinationis gradus, & sunt sex qui dividuntur in rectos & obliquos. Recti duo sunt. Nominativus & Vocativus. Hic enim nominativo qui propriè rectus dicitur plerunque similis est. Quatuor sunt obliqui, Genitivus, Dativus, Accusativus & Ablativus.

Nominativus casus est qui rem nominat. Hunc quoniam à nullo cadit, impropriè casum dici volunt.

Genitivus est quo utimur interrogati de genere, origine vel possessore. Cujus est filius Paris? Priami. Et patrius dicitur: quod per ipsum Patronymicum exponatur: ut Priamides, id est, Priami filius.

Dativus significat id cui aliquid datur vel acquiritur, aut etiam commendatur, ideo commendativus dicitur.

Accusativus, incusativus, & causativus, aliquid accusari & in caussa fieri ostendit.

Vocativus, vel salutativus, qui vocationem salutationemque dicit.

Ablativus, plerumque id à quo aliquid aufertur, significat & dicitur Latinus, quia Græci hunc casum non habent.

Notabis in universum de omnibus casibus, quod frequenter abordine suo denominantur. ut Nominativus vocatur primus, genitivus secundus, dativus tertius, accusativus quartus, vocativus quintus, ablativus sextus.

Sunt qui adjiciunt septimum & octavum casum. De quibus in Syntaxi: Nihil enim hi, quantum ad formationem pertinet, a dativo & ablativo differunt.

REGV-

REGVLÆ GENERALES, SIVE *PLVRIBVS DECLINATIONIBVS* COMMVNES.

COmpoſitum ſimplexq́. modo ſimili gradiuntur
Demitur *exſanguis*: ſine carmine plura recludam.

Simplex & compoſitum plerunque ſimil modo declinantur: ut pes & bipes. ¶ Excipiuntur autem à regula. Exſanguis, quod genitivum ſimilem nominativo facit, licet ſimplex ſanguis, faciat ſanguinis. Eſt autem exſanguis carens ſanguine. i. ad modum pallidus vel mortuus, *verie wan, or dead.* Tolluntur plura. nam à ſubſtantivis facta adjectiva in ablativis & quibuſdam aliis caſibus aliter erunt quam ſimplicia: ut Caulis ablativum facit caule, unicaulis verò unicauli. Et à manus compoſita ſunt ſecundæ declinationis: ut centimanus. Exſanguis.

Rectum in compoſitis tantummodo flectere fas eſt.
***Alteruter* rectum neſcit variare priorem.**

Dictio compoſita ex pluribus caſibus non declinatur, niſi ex parte recti. Vnde ſi ex duobus nominativis conficiatur, declinabitur uterque nominativus, ſi declinationem recipiat: ut Reſpublica, Reipublicæ civitas libera quę jure regitur, *a free common wealth.* Si ex recto & obliquo fiat, aut contra, ſolus nominativus, declinabitur, ut tribunuſplebis urbiſpręfectus, juriſperitus ſenatuſconſultum, plebiſcitum. Si verò nomen ex duobus obliquis conſtet, nullo modo flectitur ut hujuſmodi, cujuſmodi, &c. A parte prima excipiuntur Alteruter, quod licet ex duobus rectis conſtet, tamen ſolum declinatur poſterior rectus: ſic nominativo, Alteruter, alterutra, alterutrum, &c. Eſt autem Alteruter, quivis è duobus aut unus è duobus, Leopardus, & puerpera, tantum ex poſteriori parte declinantur, quia prior pars compoſiti mutatur Lea & puer. Quotieſcunque alter nominativorum aliquo caret tota dictio eodem carebit: Iuſjurandum caret genitivo & dativo ablativoque pluralibus, quia illis jus caret: unuſque caret vocativo ut quiſque. Suipſius caret nominativo, ut Sui. *Nota nomen cũ nomine quatuor modis componi.* Reſpublica. Alteruter *Notatio.*

In neutris primus, quartus, quintus ſimiles ſunt,
Queis in a pluralis ſemper, cum fleximus exit.

Nomina

Nomina neutri generis in quacunque declinatione habent tres casus similes, nominativum, accusativum, vocativum, in utroliber numero & hi casus si declinentur pluraliter, terminantur in a: ut Nominativo, Accusativo, Vocativo scamnum: & in plurali scamma. Sic corpus corpora: cornu cornua. Si non declinentur, non necessariò pluraliter in a desinunt: ut Centum, mille, tempe. Item ambo, duo quamvis declinentur in a non desinunt, quia omnino irregularia sunt.

Est primo quintus similis. Sed Græcus, s, aufert Sæpe: velut *Thoma, Theseu, Panthu, Pari, Palla.*

Vocativus utriusque numeri similis est nominativo: ut Nominativo Musa, puer, panis. Vocativo O Musa, puer, panis: Pluraliter hę Musæ, hi pueri panes. O Musę, pueri, panes.

¶ Ab hac regula excipiuntur primo romana Græca in s, quæ literam s sæpe in vocativo abjiciunt: ut hic Æneas, Thomas: Ænea, Thoma. Sic omnia primæ in as terminata. Hic anchises, Priamides. O Anchise, Priamide. Sic omnia in es primæ. Hic Tydeus Orpheus. O Tydeu, Orpheu. Sic omnia in eus pro eu diphthongo desinentia. Hic panthus, Oedipus, Melampus. O Panthu, Oedipu, Melampu. Talia sunt admodum pauca. Hic Calchas, Pallas. Calcha, Palla. Talia in tertia sunt omnia virorum propria in as, quorum fit genitivus in antis. Pallas, Palladis. Deæ nomen habet vocativum nominativo similem. Hic Achilles, O Achille: Hic Paris, O Pari: quod ut alia quædam aliquando s literam retinet. Ab hac regula exceptio declarabitur in declinatione secunda.

Syncopa plurali nonnunquam fit genitivo.

Syncopa aliquando fit in genitivo plurali in prima quidem declinatione, ut Cœlicolum pro Cœlicolarum. In secunda: ut Deum pro Deorum. In tertia: ut Cœlestum pro Cœlestium. In quarta declinatione: ut Currum pro curruum.

Syncope. Syncopa est ablatio literæ vel syllabæ è medio dictionis.

Epenthesis. Huic est figura contraria Epenthesis, quæ est adjectio literę vel syllabę in medio dictionis. Vt alituum pro alitum, propter versum recipitur.

Plurali similis sexto vult tertius esse.

Dativus & ablativus plurales cujuscunque declinationis sunt similes: ut Dativo & Ablativo Musis, Magistris, Patribus, Manibus, Diebus,

PRIM

PRIMA DECLINATIO.

PRima dat, as, es, e, rectis, & a. Patrius æ vult Cum terno. Sed ab e recto, genitivus in es fit. Casibus his *Adam* tantum flectunt & *Abraham*.

Prima declinatio habet quatuor terminationes nominativi singularis: As, ut Æneas, Andreas, Thomas, Es. ut Alcides, Chryses, Anchises, & plura virorum propria. Quædam sunt appellativa: ut Cometes, Prophetes, Levites, Psaltes. E, ut pentecoste festum Spiritus sancti, Interpretatur quinquagenaria, quia quinquagesimo die post Dominicam resurrectionem celebratur. Talia quædam Latine terminantur etiam in a: ut Helene vel Helena, Grammatice vel Grammatica, &c. Sic se habent & in es hujus declinationis nomina: ut Cometes vel cometa: Planetes vel planeta. A, ut Poeta, qui facit carmina, *a Poet.* Arca, id est, cista, *a kist.* Arra, nummus qui datur in contractibus, vel pars solutionis in contractus initio data: dicitur etiam arrabo, *an earnest penny.* Additur a nonnullis, quinta terminatio am: ut Adam, Abraham, quæ melius per secundam inflectuntur Adamus, Abrahamus. ¶ Patrius æ vult cum terno, Genitivus & Dativus primæ declinationis, singularis numeri desinunt in æ diphthongon: ut Patria hujus patriæ, huic patriæ, locus in quo quis natus est, *a native country.* Musa, cantilena & poetarum Dea, *a song.* Aura, lenis ventus & splendor, & favor, *a soft aire.* Diphthongus est duarum vocalium vim suam retinentium in eadem syllaba conglutinatio. Et sunt Latinæ quatuor: æ, œ, au, & eu: Musæ, cœna, audio, euge. Diphthongus a dis, id est bis, & pthongos, id est sonus, quasi duarum vocalium sonus. Sed in æ & œ parum audiuntur a & o. Veteres frequenter in genitivo per duas syllabas ai pro æ dixerunt: ut Aulai pro Aulæ, pictai pro pictæ, unde Vir *Aulai in medio libabant pocula Bacchi.* Idem. *Dives pictai vestis & auri.* Vetustissimi ad imitationem Græcorum etiam as dedere nominibus præsertim in a purum & in da, ra, tha, desinentibus: ut Familia, familias: Ieda, Iedas: terra, terras: Martha, Marthas. ¶ Sed ab e recto. Excipiuntur á regula quantum ad genitivum nomina Græca in e, quia genitivum faciunt in es, Dativum verò in æ diphthongon, ut hęc pentecoste, hujus pentecostes, huic pentecostæ: sic Magdalene, Thisbe, Penelope, Calliope, Circe, & alia plurima mulierum propria.

Poeta.
Arca.
Arra.
Patria.
Musa.
Aura.
Diphthongus quid.

Am faciet quartus. Finita per as, vel a Græca

An

An quoque dant: en fiet ab es, & ab e, nec habent em

Accusativus primæ declinationis terminatur in am: ut
Sella. hæc Sella, hanc sellam, id est, sedes: Sic cella per c, est cubi-
Cella. culum & penuarium: ut Cella vinarea, Camera, testudo, id est, ædificii curvatura in modum cœli aut palati. Finita per as. Græca nomina in as & a etiam mittunt accusativum in an: ut hic Thomas, Æneas, Boreas: hunc Thomam vel Thoman: Æneam vel Ænean: Boream vel Borean: Hęc Ossa, Ætna, hanc Ossam, vel Ossan: Ætnam vel Ætnan, nomina montium sunt. Nomina in es, & in e desinentia, faciunt, accusativum in en, nunquam in em: ut hic Anchises hunc Anchisen. hæc Ninive, hanc Niniven.

A sextus donat. Tamen es ac e retinent e.

Ablativus in a desinit: ut ab hac Musa, ab hoc Ænea.
Lagena. Sic Lagena, vas in quo viatores potum deferunt, *a Can.* Fi-
Fidelia. delia, vas fictile cui vinum ac cervisia imponitur, *a pig.* La-
Latrina. trina, locus privatus ac latens, quem quisque domi habet, *a*
Cloaca. *Shield.* Cloaca, locus cavus per quam colluvies fluit, *a con-*
Mantica. *duit for filth.* Mantica, saccus aut pera cujus pars post ter-
Mantissa. gum, pars ante pectus dum geritur, pendet, *a wallet.* Mantissa, additamentum, quod ultra justam mensuram adjicitur rei venditæ, ut cerviciæ aut vino, *a Tulzier.* Tamen es ac e, &c. Nomina in es & in e desinentia faciunt ablativum in e: ut ab
Theriace hoc Anchise, Comete, ab hac Theriace, quoddam medica-
Strophe. mentum, *Tryakill.* Strophe, versutia vel deceptio, *deceit.* Ode,
Ode. id est, cantus, *a song.* Hæc & similia solum in e ablativum habent. Sic nomina in es in accusativo en solum habent, in
Anchisa. ablativo solum e. Anchisam vero, & Anchisa, sunt à nominativo in a. Sic Virg. *Anchisa genitore.* Anchisa enim pro
Atrida. Anchises aliquando dictum est: ut Atrida, pro Atrides; id est, Filius vel Nepos Atrei.

Primus pluralis fit in æ. Genitivus in arum.

Nominativus pluralis in æ diphthongon desinit, cui similis est vocativus. Genitivus fit in arum: ut hæ Musæ, O Musæ, harum Musarum. Nomina in e desinentia Latini in plurali vix unquam usurpant, nisi secundum declinationem Latinam tanquam singulariter terminentur in a.

Tertius is poscit, tamen abus paucula donant:

Filia, mula, duæ, liberta, equa, nata, Dea, Ambæ.

Dativus pluralis in is desinit, dativo ablativus similis est per regulam

regulam. Pluralis similis, &c. ut his Musis, pennis. Octo indubiè habent abus: ut filia filiabus, nata, &c. quorum ambę, duę nulla differentię causſa faciunt abus: ut ambabus, duabus. Reliqua differentiæ causſa faciunt abus: ne de maribus videatur sermo. Vbi vero ambiguitas per adjecta tollitur: inveniuntur quandoq. istenere. Nata, id est filia, *a daughter.* Liberta mulier libera quæ fuit serva, *a free woman.* Libertus est talis vir. Nata Liberta

Accusativus pluralis semper in as fit.

Accusativus in as finitur: ut has animas, crumenas. Anima est spiritus corpus vivificans, *the soule, or lyfe.* Crumena, marsupinum, *a Purſe.* Ansa est vasis auricula, *the eare of any veſſell:* etiam est fibula, quæ calceis insuitur, *a buckell.* Tibul. Anima Crumena Ansa

Ansaq; compressos alliget arcta pedes.

Scutica, verberandi ex funiculis instrumentum, *a ſcourge.* Dolabra, lęvigandi instrumentum, *a plane.* Scutica Dolabra

SECVNDA DECLINATIO.

ALtera sex rectis, er, ir, eus, ur, dat vel us aut um. Addimus è græcis os & on, per us, um varianda

Nominativus secundæ declinationis habet sex terminationes, er, ir, eus, us, ur, um. Eus est terminatio Græca. His jungimus Græcam terminationem os, quam Latini sæpissime vertunt in us: & on, quam vertunt in um. Exempla sunt: Faber quicunque artifex malleo utitur, ut Faber lignarius, *a Wright:* Faber ferrarius, *a Smith:* Faber murarius, *a Maſon.* Magister, cui cura rei incumbit: ut Magister, pagi Magister vigilum. Quicunque ludo literario præest, Magister, vel unico verbo ludi-Magister rectè dicitur. Glaber, glabra, glabrum, id est calvus, sine crine aut herbis vel segete: nam ager aliquando glaber est, *bald, or ſmooth.* Scaber, sordidus, asper: ut ungues scabri, cutis scabra, *filthie.* In ir tria sunt. Vir id est mas. Trevir aliquis è civitate Trevirensi. Levir, frater mariti vel uxoris, *a good brother.* In eus nomina virorum propria: ut Orpheus, Perseus, Tydeus. In ur unicum est nomen adjectivum. Satur, satura, saturum. In us & um sine numero nobis cognita sunt: ut. Circus, locus rotundus, *a circle.* Hircus mas caprarum, *a Bucke.* Colum vas per quod purgatur lac: aut alius liquor, *a Sythe.* Solum quod vis subsistentaculum: Faber Magister Glaber Scaber Trevir Levir Circus Colum Solum

taculum: terra est hominis solum, *the ground.* Ovid. *Omne solum forti patria est: ut piscibus æquor.* Os, ut Samos, Lesbos. On, ut Pelion, Ilion.

I patrius servat. Genitivus non superabit.

Genit vus secundæ declinationis in i definit: ut hujus Magistri, scamni Genitivus non superabit) Sententia est: Genit. secundæ declinat. non habebit plures syllabas quam nominativus: & hoc dicunt non crescit genitivus: ut hic Vaser, hujus vasri, id est callidus & astutus, *subtill.* Ater, valde niger, *blacke.* Atramentum, ater liquor ex quo fiunt literæ, *Inke.* Teter, id est turpis, deformis, *filthie.* Iusjurandum non crescit ea parte qua est secundæ declinationis, & est solemne juramentum, & religiosa affirmatio, *a solemne oathe.*

Vaser.
Ater.
Teter.
Iusjurandum.

Crescit ir, ur, *gener, prosper, puer, asper, adulter, Presbyter*, atque *tener, miser, exter, gibber, Iber*que, Et *lacer*, atque *socer, Liger*, orta *gero, fero, liber*, Addimus his *dexter*, cui Syncopa fiet, ut *asper.*

Crescunt tamen pauca, ut quæcunque in ir desinunt, veluti vir viri: levir leviri. Et ur: ut satur saturi, cum sequentibus in er: ut gener generi, maritus filiæ, *a good sonne.* prosper prosperi: fœlicitatem adferens, *happie.* Puer est teste Varrone, qui nondum excessit annum decimum quintum. Asper durus acutus, *rude, or sharpe.* Sumitur pro irato. Adulter qui matrimonium violat: mulier adultera dicitur. Presbyter Græce presbyteros, id est senior, *an Elder.* Tener, tenera, tenerum; id est mollis, *tender:* ut Tener agnus. Miser, infœlix, *wretched.* Exter, extera, exterum, id est externus, *a stranger.* Gibber, gibbosus vel gibberosus qui tumorem in dorso habet, qui gibbus dicitur vel hæc gibba, *crooke backed.* Iber iberi: vel tertię Iber iberis, i. Hispanus, *a Spaniard.* Sub hoc nomine comprehenditur. Celtiber celtiberi, à Celtis, Gallię populis, & Iberis, conflatum nomen, est populus Hispanię. Regio vocatur Celtiberia. Producunt autem Iber & Celtiber semper genitivi penultimam quam alii hic corripiunt. Lacer laceratus, vel laniatus, *rent.* Socer, pater mariti vel uxoris, *the good father.* Liger ligeri, viri proprium. Crescunt etiam composita à gero & fero: ut Claviger qui clavam gerere dicitur: ut Hercules, vel clavem, ut ostiarius, *a porter.* Laniger, lanigera, lanigerum, i. lanam gerens: ut ovis est lanigera, *that beares wooll.* Sic Setiger, corniger, belliger, &c.

Gener.
Prosper.
Puer.
Asper.
Adulter.
Presbyter.
Tener.
Miser.
Exter.
Gibber.
Iber.
Celtiber.
Lacer.
Socer.
Liger.
Claviger.
Laniger.
Signifer.

Signifer.

Signifer, id eſt ferens ſignum bellicum, *a Captaine of an Enſigne.* Stellifer ferens ſtellas, Lucifer, ferens lucem. Sic ſalutifer, opifer, ſomnifer, lethifer, mortifer, &c. Liber priore longa adjectivum, & Bacchi nomen. Nam pro cortice aut codice minimè creſcit: ut liber libri: Dexter, dexteri, vel per ſyncopam dextri habet: aſper, aſperi, vel per eandem figuram aſpri. Signifer. Stellifer. Lucifer. Liber. Dexter.

Conſervant normam pronominis iſta ſecundam *Vnus, uter, neuter, ſolus, quis & ullus, & alter,* Atque *alius, totus.* Fuit olim patrius *uni.*

Hęc nomina, unus, uter cum ſuis, uterque, utervis, uterlibet, neuter, ſolus, quis (quod ex Donato notum) ullus, alter, alius, & totus, habent in genitivo ius, & dativo i: quia declinantur, ut pronomina ſecundæ declinationis: veluti nominativo unus, una, unum: Genitivo unius: Dativo uni, &c. Alius creſcit in genitivo non ſyllabis, ſed quantitate, quia ſecunda ſyllaba in genitivo ſolum eſt longa, in nominativo autem brevis. Alterius penultimam ſolum corripit, quam reliqua in proſa producunt tantum, in verſu variant. Plebeii verſiculi ſunt.

Rectus vult alius: poſcit genitivus alius:
Corripit alterius ſemper: producis alius.

Item alius facit Dativum triſſyllabum alii cum reliqua dativum faciant, à genitivo abjecto ius ſyllaba Sub ullus, id eſt alicuis, comprehenditur Nullus, id eſt, non ullus: uter, quis è duobus. Cætera ſunt nota. Neuter habet neutrius in genitivo, & neutri in dativo, ſæpius, quam neutri, neutra: niſi in Grammatica locutione neutri generis pro quo nollem dicere neutrius generis. ¶ Fuit olim patrius uni.) Veteres hæc omnia prȩter quis declinabant, ut bonus. Nec deſunt etiam apud Ciceronem & Terentium exempla. Neuter.

Fi vel ei, vel eos, dabit eus. Volet *Androgeos* o.

Nomen in eus deſinens facit genitivum, in ei ſyllabam vel per duas ſyllabas in ei vel eos: ut Tydeus, Tydei, per duas ſyllabas, vel Tydei per tres, vel Tydeos. Cave Latinum putes eſſe genitivum apud Virg. 4. Eclog. *Orphei Calliopeia Lino formoſus Apollo.* Eſt enim dativus Græcus Androgeos verò facit in genitivo Androgeo. Sub hoc comprehendi volo Appollos, Apollo: Tydeos, Tydeo: Athos, Atho, & pauca alia quę in os longum Attice deſinentia, habent etiam o in dativo & ablativo. In accuſativo on longum vel o. Vocativus autem eſt nominativo ſimilis. Androgeos.

I vates quandoque jacit, ceu *cura peculi.*

Quando genitivus terminatur in duo ii, ſolet alterum cauſſa metri quandoque abjici. Virg.

Nec ſpes libertatis erat, nec cura peculi.

Per Apocopen pro peculii. Sic Tuguri pro Tugurii. *Antoni pro Antonii. Peculium* eſt proprium alicujus bonum, *proper good. Peculiaris* proprius. *Tugurium*, i. domuncula ruſtica, *a cot house.* Virg. *Pauperis & tugurii congeſtum cæſpite culmen.*

Apocope. Apocope eſt ablatio literæ vel ſyllabæ a fine dictionis.

Tertius & ſextus formantur in o tibi caſus.

Dativus & ablativus in o definunt, ut huic Magiſtro, ab hoc Magiſtro.

Vm poſcit quartus. Quandoque per on loco Græca
Eus ea vult etiam. Per e quintus vertit us: abſque
O *fili*, *Deus*, *& fluvius*, *populus*, *chorus*, *agnus*,
Quatuor hæc e volunt, etiam ut pro rege *Latinus.*

Accuſativus in um definit: ut Mæander Mæandrum, fluvius quidam nimis curvus & flexuoſus. Ideo, Mæander pro ambagibus & fraude capitur, *a bout, gate.* Cic. Scio quos tu Mæandros quæſiviſti. Tholus partica in templo ad quam dona ſuſpenduntur. Scrupulus, lapis in arena pedes ambulantium ladens, unde ponitur pro dubio & moleſtia, *a little ſtone, or a doubt.* Ter. Vnus mihi ſcrupulus reſtat, qui me male habet. Scopulus, mons lapideus prope mare, vel in mari, *a rocke in the ſea.* Scopus, aliquid in quod ſagittarii dirigunt ſagittas, *a marke.* Capulus, quo culter aut aliquid tenetur, *an hefte.* ¶ Quandoque per on) Nomina Græca quæ poſſunt in os vel us definere, faciunt etiam ſæpe accuſativum in on: ut hæc diphthongos vel diphthongus: hanc diphthongum vel diphthongon. De neutris in nominativo in on vel in um definentibus hoc ipſum dictum præcipere ſupervacuum eſt. Quę in eus definunt ſæpius accuſativum in ea mittunt: ut Tydeus Tydea: Orpheus Orphea. ¶ Per e quintus vertit us) Nomina ſecundę declinationis terminata in us, mutant in vocativo us in e: ut *Cantherius*, O Cantherie, equus caſtratus, a *Gelding.* Sic Lanius, qui laniat carnes & eas vendit, *a Butcher.* Tabellarius, qui defert tabellas, id eſt epiſtolas, *a carrier of writings.* Statuarius, qui facit ſtatuas, *a graver of Images.*

Maeander. Tholus. Scrupulus. Scopulus. Scopus. Cantherius. Lanius. Tabellarius.

Abſque O fili) Excipiuntur à prædicta exceptione paucula;

cula: ut Filius, O fili. Deus, O Deus ſolum. Fluvius, O fluvius, vel fluvie. Populus pro hominibus: O populus & popule. Chorus, O chorus & chore. Agnus, O agnus & agne. Latinus Rex Latii, O Latinus & Latine. Chorus eſt canentium cœtus, non ſacerdotum ſubſellia. Populus prima longa pro arbore populę tantum facit.

Cum propriũ dat ius, dempta us fit in i tibi quintus.

Propria in ius dempta us, faciunt vocativum in i: ut Laurentius, O Laurenti: Terentius, O Terenti: Fabius, O Fabi: Genius, O Geni. Vocativus in i ſemper una ſyllaba minor eſt nominativo: ut Pompeius triſſyllabum: O pompei diſſyllabum. Aliquando conſonans per Diæreſin fit vocalis: & ſic tam nominativus quam vocativus ſyllaba longior eſt. Ovid.

Accipe Pompei deductum carmen ab illo,
Debitor eſt vitæ qui tibi Sexte ſuæ.

Mart. *Pervigil in pluma Caius ecce jacet.* Item.

Quod peto da Cai, non peto conſilium.

Caius per c ſcribitur per g profertur.

PLVRALIS NVMERVS.

Primus pluralis fit in i, vult patrius orum, Græcus in on fiet, Is tertius, Os dato quarto.

Nominativus pluralis cui vocativus eſt ſimilis fit in i: ut hi Magiſtri: hi vulgi: hi Dei vel Dii. Prius à Deus eſt, poſterius à Dius, quod veteres dixerunt pro Deus. Hinc manſit plurale Dii, quod magis in uſu eſt quam Dei: & dativo & ablativo ſæpius Diis quam Deis dicimus: Genitivus pluralis deſinit in orum: ut horum Magiſtorum, horum Scamnorum, horum Ephipporum, Ephippium eſt ſella equina cui inſidemus, *a ſaddle or harneſing*. Ferculum in quo aliquid fertur: ut lanx, & pro cibo capitur, *a meſſe of meat*. Nomina Feſtorum faciunt genitivum plerunque in orum per hanc declinationem: dativum & ablativum ſæpius in ibus: ut Saturnalia. Feſta Saturni: genitivo Saturnaliorum: aliquando etiam Saturnalium: dativo & ablativo Saturnalibus. De his ſufficiat hunc verſum ad jeciſſe Badianum.

Dei vel Dii.

Ephippium.

Ferculum.

Feſta lego per ibus, licet orum dent genitivis.

Græcus in on fiet) Græcus genitivus in on longum deſinit, & ita utuntur ſæpe Latini: ut pluraliter hi Cimmerii, horum Cimmeriorum, ſive Cimmerion. Tib. *Cimmerion etiam obſcuras*

accessit ad oras. Cimmerii sunt populi quibus perpetua nox est: hinc multam obscuritatem aut animi caliginem proverbialiter appellant (immerias tenebras. Is tertius) Dativus in is desinit ut ablativus, veluti his palis, qualis. Palus, crassus stipes, *a stake*. Qualus est sporta, *a basket*. Os dato quarto) accusativus in os desinit: ut Catulos, pullos. Catulus fœtus canis, & cujuscunque feræ: ut Catulus Leonis, lupi, ursi, muris, *a whelpe*. Pullus fœtus aviam, & omnium mansuetorum animalium: ut pullus asinæ, præterquam boum: nam vitulus dicitur, aut vitula, & ovium, quia agnus & agna dicitur: & caprarum: nam hœdi & capelli dicuntur Ambo duo licet ad tertium librum pertineant, hic declarabo, quia primam secundamque declinationem maximè sequuntur.

Ambo, *duo* neutri generis sunt, masculeique:
Mas o vel os quartus donat: vult tertius obus.

Singulari numero carent: pluraliter Nominativo, Ambo duo, ambæ duæ, ambo duo. Genitivo, amborum duorum, vel duum, ambarum duarum, amborum duorum, vel duum. Dativo ambobus duobus ambabus duabus, ambobus duobus. Accusativo, ambos duos, vel ambo, duo (licet rarius) ambas duas, ambo duo. Vocativi similes sunt nominativis, ablativi dativis.

TERTIA DECLINATIO.

TErtia dat varios fines, dans is genitivo.
Gręcorum patrius vel in os, vel in i, vel in us fit.

Tertia declinatio multas habet terminationes. Semper autem genitivus fit in is: ut hic pater, hujus patris. His Vlysses, hujus Vlyssis: nisi Græca more Græco declinentur; tunc enim sæpe habent os: ut hic Pan, hujus Panos hujus Vlysseos, Achilleos. Etiam hujusmodi in eus propria quandoque habent ei. Horat. Ode 6. Lib. 1. *Nec cursus duplicis per mare Vlyssei*. Versus est Asclepiadæus. Contrahitur ei sæpe in ei diphthongum. Virgil. ------ *quis talia fando*
Myrmidonum Dolopumve, aut duri miles Vlyssei
Temporet à lachrymis? ------

Idem. *Exuvias indutus Achillei*. Quandoque Genitivus Gręcus in us desinit, ut hæc Echo, hujus Echus.

Nominativi terminationes in tertia declinatione sunt, circiter

citer ſeptuaginta & una. Literæ terminales undecim: a e o c d l n r s t x. Litera terminalis eſt ultima dictionis litera. Terminatio eſt ultima vocalis vel in fine conſonans, aut conſonantes cum vocali annexæ. Terminationes per ordinem ponentur.

A, ut Malagma, fomentum quo apoſtema mollitur, *a plaſter.* Malagma
Sconma, cavillum & urbana irriſio, *a mocke.* Scomma.

E, ut conclave, triclinium & locus ſecretior in domo, *a ſecret Chamber,* Concla-ve.

O, ut Pernio, morbus pedum ex frigore proveniens, & calcaneum infeſtans præcipue, *the mories.* Pernio.
Petaſo, coxa porcina, & ea pars quæ ab alis incipit, & coſtas comprehendit, *a coſte of Bacon.* Petaſo.

C poſt a, ut Lac: vel poſt e, ut Halec.

D poſt i, ut David: & u, ut Bogud, propria virorum.

L poſt quinque vocales: ut *Sal*, mel, vigil, Sol, Conſul.

N poſt omnes vocales præter u: ut Titan, *Siren*, Delphin, Dæmon.

R poſt omnes vocales cum y Græca: ut Par, Ver, Gaddir, Cor, Fur, Martyr.

S poſt omnes vocal s cum y Græca, & æ, ac au diphthongis: ut *As*, pes, lis, flos, mus. Mys proprium viri, genitivo Myos: as, lus, fraus. Mys.

S poſt ſex conſonantes, b l m n p r. Et rurſum.

Bs poſt omnes vocales, ſed inter u mediat r: ut Trabs, cœlebs, Libs, ventus Africus: & quod y Græcum habet chalybs, ſcrobs, urbs. Libs.

Ls poſt u: ut puls, mollis cibus, ex farina & lacte vel caſeo, vel ovo & melle, qua pro pane veteres utebantur.

Ms poſt e tantum: ut hyems.

Ns poſt omnes vocales: ut Glans, dens, mons, Tiryns cum y Græca. Arvus proprium viri.

Ps poſt omnes vocales cum y Græca præter u, ut Lælaps canis nomen apud Ovidium. *Seps*, Ips, vermiculus qui cornua viteſque prærodit. Ops, Dea terræ, *Goddeſſe of the earth.* Gryps, volucris maxima & rapaciſſima, *a Griphon.* Vnum eſt habens r ante ps, quod eſt ſtirps. Lælaps. Ips. Ops. Gryps.

Rs poſt omnes vocales præter i. ut Ars, iners, mors, Tiburs, natus Tiburi. Tiburs.

T poſt u tantum, ut *Caput*, ſinciput, occiput.

X poſt omnes vocales cum y Græca, & æ, & au diphthongis: ut *Pax*, Rex, pix, nox, nux, *Styx*, fæx, faux.

X poſt tres conſonantes l n r.

Lx poſt a tantum, ut calx, falx.

Nx poſt omnes vocales præter e & o: ut Lanx, vas la- Lanx.

tum & rotundum, in quo caro aut aliud eſculentum menſæ
Lynx. infertur, *a plate*. Meninx, ſeptunx. Lynx beſtia quædam, cum y Græco in poſteriore ſyllaba.
Arx. Rs poſt a & e tantum: ut Arx, ab arceo, quia arcet, id eſt
Merx. prohibet hoſtes accedere, *a Caſtell*. Merx, res venalis, *Merchandiſe*. Plaut. Proba merx facile emptorem reperit.

GENITIVORVM TERTIÆ FORMATIONES.

SEmper a mittit atis, Vertes e per is genitivo.

Nomen in a facit genitivum addita tis: & omnia in a tertiæ ſunt nomina Græca neutri generis. Ideo more Græco faciunt in genitivo etiam os: ut Doma, domatis vel domatos, domus, *an houſe*. Aroma odoramentum, *Spyce*. Dogma, decretum, ſcitum, placitum: & (ut vulgo dicitur) ſtatutum, male pro doctrina ſumitur, nec à doceo dicitur, cum
Doma. græcum ſit nomen, *a deliberation of Philoſophers*. Syrma, longa
Aroma. veſtis & tractus, & longus orationis proceſſus, *the tayle of a*
Dogma. *womans gowne*. Thema, poſitum aut poſitio, *a propoſition*. To-
Syrma. reuma, opus ſculptum, politum, cælatum, *a graven worke*.
Thema. ¶ Vertes e per is, &c. Nomen in e vertit e in is in genitivo:
Toreuma. ut mantile mantilis, linteum, quo manus terguntur, *a ſerviet*.
Mantile. Ovile ovilis, ſtabulum ovium, *a ſheepe-folde*: ut Equile equo-
Ovile. rum, *a ſtable*. Caprile caprarum, *a goat lodge*. Bovile boum,
Equile. *an Oxe ſtall*. Porcile porcorum, *a Swyne ſtye*.
Caprile.
Bovile.
Porcile.

Addito nis poſt o. Dat inis muliebre do, goque *Virgo, ordo, margo*, cum *cardine, Apollo, Cupido, Turbo, homo*, ceu *nemo*: tamen *unedo* poſtulat onis.

Aquilo. Nomen in o facit onis: ut Aquilo Aquilonis: ventus ſeptentrionalis, & ea mundi pars, *the north winde*. Pero Peronis,
Pero. calceamentum ruſticum, *an vplands ſhooe*. ¶ Excipiuntur à
Capedo. regula fœminina in do & in go, quæ faciunt inis: ut Capedo
Intercapedo. capedinis, vaſculum fictile, *a leaune veſſell*. Intercapedo, diſtantia & differentia, *a difference*. Libido, voluptas & carnalis delectatio, *luſt*. Hirudo, ſanguiſuga vermis aquaticus adhærens
Libido. cuti nec decidens niſi plenus cruoris, *a loch leech*. Hirundo,
Hirudo. avis nota, *a ſwallow*. Salſilago vel ſalſugo, ſalſus humor, *pickle*.
Hirundo. Propago, vitis ramus terræ infixus & progenies, *a lineage*. Fu-
Salſilago. ligo
Propago.

ligo nigrum infumibili, *ſoote*. Albugo, alba macula in oculo, & album ovi, quod albumen ſæpe dicitur, *the white of the eye, or egge*. Croceum ovi dicitur vitellus. Ferrugo, rubigo ferri, *the ruſt of yron*. Vt ærugo æris, *the ruſt of braſſe*. Ferrugo etiam eſt panni ſimilis color. Item hæc dant inis. Virgo tam mas quam fœmina viridioris ætatis. Ordo ordinis. Item margo, cardo. Cupido nota ſunt ex generibus, Apollo, Sol. Turbo turbinis: vertigo ventorum omnia turbans, *a whirle-winde*. etiam quicquid acutum eſt deorſum turbo dicitur, à forma luſorii inſtrumenti quo pueri maximè delectantur. Tibul.

Fuligo. Albugo. Ferrugo.

Nunque agor, at per plura citus ſola verbere turbo,
Quem celer aſſiuta verſat ab arte puer.

Neminis à nemo rarus inventu genitivus. Plaut. in Cap. Neminis miſereri certum eſt: quia mei miſeret nemo. A fœmininis in do & in go, unicum excipitur, quod eſt Vnedo unedonis: arbor & ipſe fructus, alio nomine arbutus & arbutum, *a crab tree*.

Enis habent *Anio*, *Nerio*. *Caro* dat tibi carnis.

Anio à nominativo ratione Anien obliquos mutuatur, eſt autem fluvius in agro Tyburtino. Nerio, Nerienis, uxor Martis. Caro carnis, *fleſh*.

Anio.

Græca velut *Dido*, muliebria ſic modo flectes: Vs capiat patrius: reliqui dant o bene caſus.

Nomina Græca fœminini generis faciunt genitivum in us: reliquos obliquos in o: ut Dido Didus, Io Ius, Sappho Sapphus, Calypſo Calypſus: Sic Caliſto, Pero, Dremo, Pantho, & cætera mulierum vel Nympharum propria, & Dearum: velut Clio Clius, una Muſarum: Clotho Clothus, una Parcarum. Argo Argus, nomen navis. Veteres declinabant hæc nomina: ut Sermo ſermonis, quod Quintilianus non probat, ſic dicens lib. 1. Mihi placet Latinam rationem ſequi, quo uſque patitur decor. Neque enim Calypſionem dixerim: ut Iunonem: quanquam ſecutus antiquos Cæſar, utitur hac ratione declinandi: ſed authoritatem conſuetudo ſuperavit. Hęc ille cui ſuffragatur Phocas. O genitivi penult. producit: ut Sermonis, niſi apud Græcos in on deſinens corripiat, ut Agamemnon Agamemnonis, proprium viri. Sic gentilia quædam: ut Vangio Vangionis, Saxo Saxonis, &c. Inis corripitur: ut Virginis. Enis producitur, ut Anienis, Nerienis, ab antiquiſſimo etiam correptum teſte Gellio.

Clio. Clotho. Argo.

Davidis, halecis, lac lactis, Bogudis effer.

Halec facit penultimam longam halecis. Lac facit lactis. David Davidis. Bogud Bogudis, penultima brevi.

Additur is poſt l. Sed lis jungunt ſibi, *mel, fel.*

Animal. Nomina in l literam deſinentia aſſumunt in genitivo is: ut Sal ſalis. *Animal* animalis, corpus ſentiens. Hic & hæc animalis & hoc animale, ad animal pertinens. Vectigal Tributum vel redditus, *Toll.* Cic. Non intelligunt homines quantum vectigal ſit parſimonia. Michael Michaelis. Bel Belis, Idoli nomen. Ejuſmodi in el peregrina, aliquando declinantur in ſacris: & ſi volumus manent indeclinata: ut Abel, hujus *Abel*. vel hujus *Abelis*. Multa nunquam flectuntur: ut Rachel, Bethel, Michael. Mel & fel addunt genitivo lis: ut Mellis, Fellis. Neutra in al cum el, & *Sol* penult. genitivi producunt, ut *Animalis*, Michaelis, *Solis*. Reliqua corripiunt: ut Hannibal Hannibalis, Hiempſal Hiempſalis. Haſdrubal Haſdrubalis propria virorum. *Sal* ſalis quamvis olim etiam fuerit neutrum. Vigil vigilis. Præſul præſulis.

Bel.

Additur is poſt n, tamen on quandoque dat ontis. Donat inis neutrum *pecten, flamen, cano* natum.

Nomen in n deſinens facit genitivum adjecta is ſyllaba: ut Titan Titanis, frater Saturni & Sol. Pan Panis, aut rectius Panos, quia Græcum eſt. ut a genitivo hujus nominativi panis diſtet. Sic malim dicere in accuſativo Pana quam panem, Delphin Delphinis, *Agon* Agonis certamen, *a deadlie conflict*. Canon, i. regula, *a rule*. Quædam in on faciunt genitivum in ontis: ut Phaeton Phaetontis, filius Phœbi: Charon charontis, portitor inferni. *Acheron* Acherontis. Phlegeton phlegetontis, fluvii infernales. Pauca ſunt ejuſmodi nomina appellativa: ut Biſon Biſontis, animal ferum, ſimile tauro, jubatum, *a Baſſill.* Chamæleon Chamæleontis, animal quod ſolo vento dicitur paſci, & herba quædam. Horizon Horizontis, viſus noſtri terminus, *the vtter bounds of our ſight*. Neutra in en faciunt genitivum in inis: ut Numen numinis, DEVS vel divina poteſtas, *the God-head*. Sumen & Abdomen, pinguitudo ventris ſuilli, *Swine Seame*. Gluten, viſcus materia tenax qua aves capiuntur, & qua aliquid conjungitur, *Bird-lyme, or Glew*. Bitumen. humor tenax quo pro calce utimur, *plaſter*. Flamen ſive neutrum eſt pro flatu, *a blaſt of winde*; ſive maſculinum pro ſacerdote

Agon. *Canon.* *Phaeton.* *Charon.* *Phlegeton.* *Biſon.* *Chamæleon.* *Horizon.* *Numen.* *Sumen.* *Abdomen.* *Gluten.* *Bitumen.* *Flamen.*

dote flaminis facit, *a Priest*. Sic pecten pectinis, & omne compositum à verbo Cano. ut Tubicen, Lyricen. Fn producit genitivi penultimam. nisi faciat inis, tum corripit. In producit genitivi penultimam. On modo p oducit: ut Simon, Babylon, modo corripit: ut Damon, Canon: in paucis variat: ut Ægon, Orion. Certiorem regulam de on non habeo.

R capit is. *Far* ris: *Lar* tis, proprium maris. *Hepar*
Hepatos efficiet. Cris mobile cer dat, ut *acer*,
Ac *alacer*. Bris dant *imber* cum prole, *ſaluber*,
Et *celeber*. Per tris ter formes omne Latinum,
Et *pater*, & *mater*, *linter*. Dat eris *later*, & *cor*
Cordis: *Iter* tineris: *Iovis* optat Iuppiter, uſque
Robur oris, *jecur* atque *femur* tibi præbet, *ebur* que.

Nomina tertiæ in r definentia adjiciunt genitivo is: ut Altar altaris, *an Altar*. Specular, per quod ſpeculamur: ut feneſtra, *a Window*. Pulvinar, id eſt pulvinus quod dormituri capiti ſubjicimus, *a Cod*. Torcular, prelum in quo uvæ torquentur, *a wine preſſe*. Subligar ſubligaculum & velamen lumborum, *a garter*. Agger, alta terra oppoſita aquis, *a rampier, or bulwarke*. Rancor, corruptio carnium & aliarum rerum ex vetuſtate, *mowling, or rottenneſſe*. Mucor, lanugo quę diutino ſitu contrahitur. Vt in pane, carne, &c. *Haire mowling*. Vapor, Vapor, fumus quidam, & nebula è calidis aſcendens, *vapor, or ſmoake of the earth*. Pędor, immunditia & putor, *ſtinke*. Fulgur, Fulgur fulguris, fulmen, *a fire-flaught*: ſed fulgor eſt ſplendor.

Excipiuntur multa à regula. Nam Far geminator facit farris, eſt quodvis frumentum: ut triticum, hordeum, *all kynd of corne*. Lar nomen imperatoris, facit Lartis teſte *Priſciano*: ſed ſępius in nominativo Lars invenio. Lar Dei nomen, & pro domo Laris facit. Hepar Hepatis vel Hepatos, Latine jecur, *the Lever*. Tria adjectiva, Alacer, volucer, acer, faciunt cris, quibus addes Mediocer, ſi inveniatur. Acer pro arbore aceris facit Bris dant Saluber, celeber, imber cum compoſitis September, October, November, quæ ſunt menſium nomina. Imber eſt pluvia, *a ſhowre*. Omnia Latina in ter faciunt tris: ut Fratris, ventris. Vter utris eſt vas, vel ſaccus ex corio vel pelle, quo liquor conſervatur, *a Bottle*. Item tria Græca,

Altar. Specular. Pulvinar. Torcular. Agger. Rancor. Mucor. Vapor. Pædor. Fulgur. Fulgor. Far. Lar. Lars. Hepar. Acer. Imber. Vter.

Pater, Mater, & Linter. Cætera in ter Græca eris habent per regulam: ut Æther, ætheris, elementum ignis, & cœlum, *the element of Fyre, or of the Aire.* Character, forma vel ſignum, *a Figure imprinted.* Clyſter, inſtrumentum quo aquam in altum jaculamur, & quo Chirurgi utuntur in purgatione corporis, *a Clyſter.* Crater vas amplum cui vinum aut oleum, aut aliud quippiam imponimus, *a Cup.* Later quamvis Latinum ſit in ter deſinens, non facit tris, ſed eris; & eſt lapis coctilis, *a tyld ſtone.* Cor, cordis facit. Iter, itineris, à nominativo olim uſitato itiner. Iuppiter, facit Iovis, ab antiquo, nominativo Iovis. Quatuor in ur faciunt oris: Robur, roboris, fortitudo, & quercus duriſſimæ ſpecies, *ſtrength.* Iecur, jecoris, vel jecinoris, ſive jocinoris, tanquam à veteri nomine jecinus, vel jocinus, *the Lever.* Femur, femoris, ſuperior pars cruris, è coxa uſque ad genu, *the Thigh*: ut Femur anſerinum, gallinaceum, anaticum, leporinum, cuniculinum. Ebur, eboris, os vel dens Elephantis, *Yvorie.* Ar penultimam genitivi producit in neutris. Cum nar demito nectar, jubar, hepar, par, quæ corripiunt: & omnia in ar quæ non ſunt neutra: ut Cæſar, Cæſaris. Ir corripit penultimam: ut Mulier, Æther, Aer. Cætera Græca producunt; veluti Iber, Crater, Character, Clyſter: quibus unum Latinum addes: quod eſt Ver. Ir corripit; ut Gaddir, Murvr. Or producit penultimam genitivi, ut Color, Sonor. Tolluntur Æquor, marmor, memor, arbor, bicorpor, tricorpor, indecor, &c. ſupra ſunt ejuſdem derivationis alia, cum Græcis; ut Hector, Antenor, Rhetor, & Caſtor: tam appellativum, quam proprium. Auctor tamen producit tantum. Vr corripit tantum; ut Fulgur, guttur. Excipitur unum, quod eſt Fur, furis.

Æther. Character. Clyſter. Crater. Later. Cor. Iter. Iuppiter. Robur. Iecur. Femur. Ebur.

As interponit ti: *mas* maris, *as* dabit aſſis.
Hoc *vas* vaſis habet. *Vas* hic vadis. antis habento
Maſcula Græca: volunt per adis non maſcula poni.

Nomen in as deſinens, facit genitivum interponendo ſyllabam ti inter a & s; ut Simultas, ſimultatis, odium, *privie hatred.* Pravitas, pravitatis. Malitia, & iniquitas, *wickednesse.* Æquitas, *Righteouſnesse.* Mecœnas, optimi viri nomen, qui Virgilium, Horatiumque, & alios Doctos, opibus juvit. Hinc Docti, dites Patronos Mecœnates appellant. Mart.

Sint Mecœnates non deerunt Flacce Marones.

Vulgus addit Abbas Abbatis, cujus fœmininum putat eſſe Abbatiſſa: ſed errat, ſi Georgio Vallæ credimus, qui vult Abbas eſſe communis generis, & declinationis primæ.

Simultas. Pravitas. Æquitas.

Excip

Excipiuntur à regula Mas maris, As assis: hoc vas vasis: hic vas vadis: & Græca masculini generis quæ faciunt antis: ut Elephas, elephantis. Sic Gigas, Adamas, Atlas. Pallas, Pallantis, vel Pallantos, Evandri Filius, &c. Reliqua Græca non masculini generis faciunt adis, vel græcanicè ados: ut Pallas Palladis, vel Pallados, Dea sapientiæ, *Goddesse of Wisedome.* Arcas, Arcadis, vel Arcados. Cyclas, Cycladis, Vestis fœminea rotunda, explicatilis, vel spatiosa, *a womans Goune.* Hebdomas, numerus septenarius: Latinè septimana, spatium septem dierum, *a weeke.* Decas, numerus denarius. Olympias, lustrum, sive quinquennium, *five yeares space.* Lampas, fax aut splendor, *a Lampe.* As producit penultimam genitivi: ut Mecœnatis, nisi Anas anatis, avis nota, *a Ducke.* Corripitur cum isto maris, vadis, & quæcunque adis habent.

Pallas. Arcas. Cyclas. Hebdomas. Decas. Lampas.

Es mutabis in is. Græcus dant multa per etis: Adde *quies*, *locuples*, *manſues*. Per etis *teges* exit, Et *ſeges*, *interpres*, *præpes*, *parieſque*, *abieſque*, *Indiges*, atque *aries*, *perpes*, *teres*, ac *hebes* addo.

Nomen in es desinens mutat es in is; ut Labes Labis, macula, vel ruina. Strages, prostratio, *a discomfiture, or overthrow*: ut Ventus fecit stragem arborum. Cædes, occisio, *slaughter.* Moyses vel Moses, Moysi vel Mosi, potius facit quem Moysis vel Mosis. Hoc etiam per primam Moses: Mosæ declinatur. Dictum est quoque in secunda Moseus: ut Orpheus.

Labes. Strages. Cades.

Excipiuntur à Regula multa Græca quæ habent etis penultima longa: ut Tapes, tapetis. Sic Ceres, Lebes, magnes, & plurima propria virorum: ut Chremes, Hermes, Laches, Thales. Horum quædam manent quandoque sub Regula: ut Chremes, hujus Chremis, vel Chremetis. Terent. *Puerum inde abiens convenī Chremis.* Idem: *Chremetem salvere jubeo.* His adduntur Latina. Quies, quietis, *Rest.* Locuples, locupletis, dives, quasi locorum plenus, *Rich.* Manſues, manſuetis, id est, manſuetus, *Meeke.*

Quædam faciunt etis penultima brevi: ut Teges, tegetis, vile stragulum quo teguntur lecti, *a Matt.* Seges, frumentum in spicis, *growing Corne.* Interpres, qui aliquid declarat: aut ex lingua in linguam transfert, *a Truch-man.* Præpes, alte & sublime volans, *light in flying.* Abies, *a firre tree.* Indiges, homo post mortem inter divos relatus. Perpes, i perpetuus, continuus, *continuall.* Teges, rotundus cum longitudine, *round, and long.* Hebes, obtusus, minimeq. subtilis, *dull.* Veges, robustus, validus, *strong, of good health.*

Seges. Præpes. Abies. Perpes. Teres. Hebes. Veges.

Dic

Dic *verres* verris, *vates* vatis. Per itis fit
Communis generis non dictum, ſive marini.
Pes dat *edis*. Natum *ſedeo* dat idis: volet edis
Hæres, ut *merces*. Cereriſque *Ceres* retinebit.
Æs æris *præs* prædis habet. dipthongus utrique eſt.

Verres facit verris. Vates vatis, id eſt poeta vel poetria, & quicunque futura prædicit, *a Prophet*. Reliqua maſculini generis aut communis de quibus nihil dictum eſt, mutant es in itis penultima brevi: ut Poples poplitis, Miles militis. Sed pes facit pedis. Sic compoſita, compes, bipes, &c. Compoſita
Obſes. a ſedeo faciunt idis penul. brevi: ut obſes obſidis, qui vel quę
Deſes. ob fidem pignori datur, *a pledge*. Deſes, piger, *ſveire*. Claud.
Hæres. *Deſidis auriga non audit currus habenas*, Hæres facit hæredis pen.
Merces. longa: eſt ad quem defuncti bona jure perveniunt. Merces mercedis penult. longa, id eſt præmium, *a reward*. Iuvenalis: *Noſſe volunt omnes mercedem ſolvere nemo*. Ceres Cereris, Dea frugum, *Goddeſſe of the corne*. Æs æris ut præs prędis digthongon æ habent. Præs eſt fide juſſor in lite nummaria, *a cautioner*.

Auſon. *Quis ſubit in pœnam capitali ſupplicio? vas*
Quis cum lis fuerit nummaria, quis dabitur? præs.

Is non mutabo, dant dis *cuſpis*, *lapis*, atque
Plurima Græca. facis per ios, vel eos, vel yos vel
Entis, græcorum quædam. *Charis* at charitis vult.

Is habet genitivum ſimilem nominativo: ut hæc vis, hujus vis, ſignificat virtutem, fortitudinem & violentiam, hic panis, hujus panis. Sic ovis, peſtis, veſtis, &c. ¶ Excipiuntur lapis & cuſpis, quæ abjecta s litera capiunt dis: ut la-
Cuſpis. pidis, cuſpidis. Cuſpis eſt acies haſtæ vel alterius rei acutę, *the point of a ſpeare*. In idis vel idos genitivum faciunt plu-
Caſſis. rima Græca: ut Caſſis caſſidis fœminini generis, id eſt galea, *a Helmond*. Græcum eſſe docet Priſc. ex Probo. Aliud eſt nomen maſculini generis non creſcens, Hic Caſſis, hujus Caſſis, i. rete, *a net*. Aſpis aſpidis, ſerpens quædam, *a Ser-*
Pyxis. *pent*. Pyxis, vaſculum unguentarium, vel cui quidvis aliud
Pyramis. imponitur, *a buiſt*. Pyramis, ædificium in cacumen à latitudine deſinens, vel turris habens flammæ figuram, *an*
Chlamys. *high Torre ſmall aboue*. Chlamys per y Græcum, veſtis militaris, *a Souldiers cloake*. Paropſis lanx & ſcutella cibaria, *a plate*.
Abſis. Abſis Abſidis, curvatura vel arcus in muro & rete teſtudo in

do in qua figuntur Radii, *the round of a Cart wheele.* Syrtis Syrtydos: aliquando etiam Syrtios, locus in Mari periculosus propter multitudinem arenæ, *dangerous Sandes, and places in the Sea.* Item idis habent nomina in is patronymica, & formam patronymicorum habentia, uti sunt in is librorum nomina, Æneis, Thebais, Achilleis. Et Gentilia, Colchis, Sunamitis, Moabitis. Et omnia fœminina quorum masculina in a vel in es desinunt: ut Poetis, Prophetis, Nautis, &c. Item nomina virorum: ut Taris, Adonis, Daphnis, Alexis. Item mulierum propria: ut Mysis, Lais. Quædam fluviorum nomina: ut Tybris, Phasis. Tygris, tam pro animali velocissimo & truculentissimo, quam pro fluvio in genitivo Tigridis, vel Tigris. Sic plura possunt genitivum nominativo similem habere: ut Adonis, hujus Adonidis, vel Adonis: Paris, hujus Paridis, vel Paris. Syrtis. Tigris.

Dixi notanter plurima Græca non omnia, qui multa genitivum nominativo similem efficiunt: ut Tyberis, trissyllabum, hujus Tyberis, & est idem quod Tybris. Charybdis quidam periculosissimus in Mari locus, *a dangerous place in the Sea.* Lachesis, una Parcarum. Charis, peculiarem formam habet, faciens Charitis. Sed rarius in singulari numero reperitur. Tres enim erant Charites à Latinis Gratiæ dictæ, Facis, &c. Quædam Græca faciunt genitivum in eos, vel ios: Quædam etiam in yos, per y Græcum: pauciſſima in entis. De eos, vel ios: ut Metamorphosis, Metamorphoseos, vel Metamorphosios. Metamorphosis est transformatio, *a change.* Hæresis, secta, *a Sect.* Polis, Vrbs, *a Towne.* Hinc Nicopolis, Heliopolis, Constantinopolis, &c. Poesis, opus Poeticum. Genesis, generatio, *a Genealogie.* Basis, gradus fundamentum, sustentaculum, *a Pillar.* Lexis, dictio, *a Vocable.* Hinc Lexicon, est liber (ut vocant) Vocabularius, *a Dictionarie.* Parenæsis, admonitio, *an Advertisement.* Nemesis, Dea superborum ultrix. Multa invenies talia per ios, juxta communem Græcorum linguam per eos. Si os breve sit juxta Ionicam: Si sit longum juxta linguam Atticam. Quæ omnia Latinis sine crescentia nonnunquam efferuntur. De yos: ut Chelys, Chelyos, instrumentum musicum, *an Harpe.* Erinnys, Erinnyos, furia infernalis. Tethys, Tethyos, est Dea Maris, Vxor Oceani, *Goddesse of the Sea.* At Thetis, Thetidis, cum aspiratione in prima, & i Latino in secunda syllaba, mater fuit Achillis. Tithys, viri nomen: ut Capys. De entis: ut Simois, Simoentis, Fluvius Troiæ. Pyrois, Pyroentis, unus equorum Solis. Opois, Opoentis, Vrbs quædam, & flectitur etiam, Opus, Opuntis. Syrtis. Charybdis. Lachesis. Charis. Hæresis. Polis. Poesis. Genesis. Basis. Lexis. Paranesis Nemesis. Chelys. Erinnys. Tethys. Tiphys. Simois. Pyrois. Opois.

Quod

Quod dedit er, dat eris. Quod in n fuit ut pri⁹ effer.

Pauca nomina in is, faciunt genitivum in eris: quia olim terminabantur in er: ut Pulvis pulveris, Cinis cineris. Olim pulver, ciner. Vomis, eris, vel etiam nunc vomer vomeris. Itaque in his tribus proprii obliqui exoleverunt. Duo ſunt in is vel in r deſinentia, pro utraque terminatione proprios obliquos retinentia: ut hic Cucumer, hujus Cucumeris: vel hic Cucumis, hujus Cucumis. Hic, hæc, hoc Puber puberis: vel hic & hæc pubis, hoc pube, hujus pubis, id eſt maturus ad generandum, *ripe of age to ingender*. Sequitur. Quod in en fuit) Nomina in is deſinentia quæ etiam in n litera deſinere reperta ſunt, obſervant regulam de n litera: ut Sanguis facit ſanguinis penultima correpta, quia olim dicebant hoc ſanguen, hujus ſanguinis. Pollis pollinis, quia etiam dicunt Pollen pollinis. Multa Græca faciunt genitivum in inis penultima longa, quia nominativus per in efferri poteſt. Vt Delphis, Delphinis, Eleuſis Eleuſinis, oppidi nomen: ut Salamis Salaminis, quia etiam dicimus Eleuſin, Salamin, Trachin, vel Trachyn cum y Græco. Trachynis Boœtiæ urbs. Sic Phorcys phorcynis, proprium viri, & Atys Atynis.

Cucumer. Puber. Sanguis. Pollis. Delphis. Eleuſis. Salamis. Trachys. Phorcys. Atys.

Dis, lis, dant itis cum *Samnis*, junge *Quiritem*.
Glis ſolum gliris, *ſemis* ſemiſſis habebit.

Quatuor in is habent itis penult. longa: ut Dis Ditis, Lis Litis, i. diſcordia, *diſcord*. Samnis Samnitis. Quiris Quiritis, gentilia nomina. Hic & hæc Dis, & hoc Dite, i. dives invenitur rarius, *rich*. Glis pro animali gliris facit, a *Rat or Mouſe*. Glis glitis pro tenaci terra, & glis glissis pro lappa barbara ſunt. Semis à ſemi, & as (eſt enim dimidium aſſis) ſemiſſis facit. Semis pro dimidio non flectitur, & melius in i deſinit, ſemi, quo extra compoſitionem raro utuntur. Is genitivi penultimam in creſcentibus corripit: ut Lapis Lapidis. Tolluntur in is, quorum nominativi terminatio etiam eſt in in: ut Delphis, cum pſophis pſophidis, oppidi nomine: & Crenis crenidis, Nymphæ nomine, Et Lis, Dis, Samnis, Quiris, Glis, Simois, pyros.

Glis. Semis.

Os interponit ti. *Glos, mos, flos, ros*, facit oris: Quod dedit or faciet veluti prius. Oſſis *os* optat. *Os* oris, *Cuſtos* cuſtodis, *Bos* bovis. Ois *Thos, Minos*, & *Tros* capiunt: quibus additur *Heros*.

Nomen

Nomen in os facit genitivum interponendo ſyllabam ti inter o & s. Et ita facit otis: ut *Cos*, cotis: Sacerdos, Sacerdotis. Sic Dos, Nepos, Monoceros: id eſt, Vnicornis, Beſtia in fronte cornu habens, *an Vnicorne*. Rhinoceros, animal in naſo cornu habens. Monoceros. Rhinoceros.

Excipiuntur à Regula, Glos, Mos, Flos, Ros, quæ faciunt oris: ut Glotis, Moris, Floris, Roris. Glos, eſt mariti ſoror, vel fratris uxor, *a Good-Sister*. Mos, conſuetudo, *an uſe*. Flos, *a Flowre*. Habent etiam oris, quæ in or quoque deſinunt: ut Odos, odoris: Vapos, vaporis, vapor fumus ex humidis calefactis ſurgens. Lepos, leporis, vel lepor, id eſt, venuſtas vel jucunditas in factis, aut verbis, *a pleaſant Saying, or Doing*. Honos, id eſt, Honor, *Honour*. Cicero: *Honos alit Artes*. Arbos, eſt arbor, *a Tree*. Virgil: Glos. Mos. Flos. Vapos. Lepos. Honos. Arbos.

Nunc omnis parturit Arbos.

Os oſſis, & Os oris, ſatis patent. Ita & Cuſtos cuſtodis, Bos bovis. Quædam Græca faciunt genitivum in ois penultima longa: ut Thos Thois, animal ex luporum genere. Minos Minois, Cretenſium Rex fuit juſtiſſimus: Ideo à Poetis dicitur eſſe animarum judex. Tros Troïs, fuit Troiæ Rex, & capitur pro Troiano perſepe apud Virgilium Heros, homo nobiliſſimus, *a Noble and excellent man*. Quales dicuntur fuiſſe Hercules, Hector, Perſus. Talis fœmina dicitur Herois heroidis, vel Heroine heroines, Os otis, & oris producuntur undique: Præter Compos compotis, & arbor. Cuſtodis producitur, corripitur vero bovis. Thos. Minos. Tros. Heros.

Vs tibi mittit oris. *Pejus* ceu pejor habebit.

Vs facit oris penultima brevi: ut Corpus corporis. Comparativa faciunt oris penultima longa: ut ea quæ in or deſinunt, veluti Pejus pejoris. Exempla principalia Regulæ pauciora fermè ſunt, quam ea quæ excipiuntur, ſed quia parum interfuiſſet nolui mutare Regulam. Exempla itaque ſunt Lepus leporis: Frigus frigoris. Corpus, omne ſenſibile, *a bodie*. Decus, *honeſtie*. Dedecus, *diſhoneſtie*. Littus, terra prope Mare, *the ſhoare*. Fœnus, pecuniæ lucrum, *Oacker*. Aliquando pro quocunque lucro ponitur. Tempus etiam pro capitis parte ſuper aurem utramque, *the temples of the head*. Virgil. Corpus. Decus. Dedecus. Littus. Fœnus. Tempus.

---- *cava tempora pulſat.*

Nemus, ſylva, *a VVood*. Pectus, anterior pars animalis, à gula uſque ad ventrem, *the Breaſt*. Tergus, corium, vel pelli, Nemus. Tergus.

pellis, *an hyde.* Virg. *Tergora diripiunt coſtis & viſcera nudant.*

Tergum. Tergum vero eſt aurſum, *the backe.* Facinus, factum ſive
Facinus. bonum ſive malum, *a deed.* Ter. Non fit ſine periculo
pecus. facinus magnum & memorabile. Pecus pecoris, quando
pignus. eſt neutri generis fœminini generis pecudis facit, pignus & fœnus etiam faciunt eris, ſed utrumque rectius habet oris, ut ſequitur.

Dant eris *hulcus*, *olus*, *vellus*, *Venus* & *genus*, atque
***Viſcus*, *acus*, *fœdus*, *ſcelus*, & cum *pondere*, *vulnus*,**
***Munus*, *onus*, *ſidus*, *latus*, ac *opus* & *vetus* addo**
Et *funus*, *rudus*. Sed oris vel eris dare *pignus*,
Vt *fœnus* dicunt: melius per oris fit utrumque.

Quædam nomina in us, mutant us in eris penult. brevi: ut
Hulcus. Hulcus hulceris, collectio corrupti ſanguinis in corpore,
Olus. *a byle.* Olus, omnis herba ſativa, quæ in uſu cibario eſt, *cale,*
Vellus. *and all kind of herbes eatable.* Vellus velleris, pellis cum lana,
Venus. *a Fleece.* Venus Veneris, Dea amoris, *Goddeſſe of loue.* Genus
Genus. progenies, & rei modus, vel qualitas, *a kind, or kinred:* ut
Viſcus. Genus mortis, genus vitæ. Viſcus viſceris proprie inteſtinum
Acus. eſt: & omnis caro cute contecta, *the bowell.* Viſcus ſecundæ,
Fœdus. vel viſcum eſt glutinum. *Glew.* Acus aceris, frumenti purga-
Scelus. mentum, *Caſſe.* Fœdus, pactum & pax, quæ ſit inter dimican-
Pondus. tes, *a pactiõn, or band.* Scelus, grave peccatum, *a great crime.*
Vulnus. Pondus, quod grave eſt, *a weight.* Vulnus, læſura & hians apertura corporis ictu facta, *a wound.*
Munus. Munus, donum. Item munus eſt officium, *a gift or office.* Virg.

Onus. ——— *Suſceptum perfice munus.* Onus, pondus alicui in-
Sidus. junctum, *a burden.* Sidus eſt ſignum cœleſte è ſtellis formatum licet aliquando pro ſtella capiatur, *a ſtarre.* Latus quod
Latus. infra alam eſt, *the ſide.* Opus, res facta: ut Carmen eſt opus
Opus. poetæ, *a worke.* Vetus, antiquus, *olde.* Hinc Vetulus, Vetuſtus.
Vetus. Funus, cadaver, & exequiæ & mors, *a burriall.* Rudus, lapidum
Funus. fruſtra, & ruinarum materies, *a rumpe of fallen ſtones.* Pignus
Rudus. quod creditori datur, ut ſit ſecurus, *a pledge:* & pignora per
Pignus. Metaphoram filii dicuntur. Ovid.

Dulcia ſollicitæ geſtabant pignora matres.

Item pignus eſt, quod deponitur apud ſequeſtrum. Virg.

——— *Tu dic mecum quo pignore certes.*

Glomus omiſi, quia glomeris magis videtur eſſe à glomer, quem nominativum citat Perottus. Glomus glomi frequentius eſt, & ſignificat globum è filis convolutis, *a clew.*

Vtri

Vris habet *tellus*, veluti monoſyllaba. *Grus*, *ſus*,
Dant uis *Intercus* dat *utis*. Liguris *ligus* optat.
Dat *pecus* hęc pecudis. Loca Græca feruntur in untis.
Pus ortum dat odis. *Intus*, *ſubſcus*, *palus* udis,
Vtis fœmineum reliquum. *Laus*, *frauſque* dat audis.

Tellus & monoſyllaba in us habent uris penult. longa, ut Tellus telluris, Dea terræ, & ipſa terra, *the Earth, or the Goddeſſe of the Earth*. Ius juris, quod natura aut civitas, aut gens jubet, & liquor eorum quæ coquuntur, *the broth of any ſodden thing*. Hinc jurulentus & juſſulentus jure coctus: ut caro jurulenta, quę cum jure apponitur, ſic piſcis jurulentus. Iurulentus.
pus puris, ſanies, & quicunque humor in putredinem verſus, *worſome*. Priſcum phoca maluit pus non flecti, ſed flexum invenies apud Cornelium. Nepotem in vita Attici, & apud *Plin.* & alios quoſdam. Contra monoſyllaborum regulam grus gruis facit, & ſus ſuis. Intercus intercutis, morbus intercutem latens, *an hydropſie*. Ligus proprium viri, aut aliquis ex Liguria. In his penult. genitivi corripitur. Quędam Græca nomina locorum mittunt genitivum in untis. Opus opuntis, Achaię oppidum. Hydrus Hydruntis, alterius oppidi nomen. *Cic.* Ad Hydruntem ludibundi pervenimus. Eodem modo haben: Anthemus, Ceraſus, Trapezus, Hiericus, phycus, phellus, Amathus, Sipus & pinra: ut ex poetis Hiſtoricisque cognoſces. Compoſita à pus, id eſt pes, Græca ſunt, & faciunt in genitivo podis penultima brevi: ut Tripus tripodis, Oedipus Oedipodis. Dicitur etiam Oedipus Oed pi. Plautus: Iſti orationi Oedipo conjectore opus eſt, qui Sphingi interpres fuit. Tria faciunt udis penultima longa. Incus incudis. Subſcus ſubſcudis, palus paludis. In quo nomine poſteriorem ſyllabam us in verſu correptam eſſe intelliges, vel quia uti oportuit licentia, vel s literę interemptione, juxta veterum morem. Reliqua in us fœminini generis faciunt utis penultima longa: ut virtus virtutis. Sic ſalus, juventus, &c. Fraus fraudis, Laus laudis. At Emmaus gemino m nec eſt indeclinabile, nec ejuſdem deſinentiæ cum nominibus laus, fraus, ut vulgus putat. Etiam Plin. 5. natural. hiſt. nomen hoc per ſecundam declinationem flexit: ut quod non in aus ſed in us deſinit. *Præterea* Lucas Evangeliſta tribus ſyllabis Emmaüs, non Emmaus dixit. Pus. Emmaus.

Vult i ſerio medio, b, p, ſi præit s genitivi.

Nomina in bs, aut ps, faciunt genitivum interponendo inter b's aut ps vocalem i: ut Trabs trabis. Stips ſtipis, nummulus, *an halfe penie*: ut pauper mendicat ſtipem.

E per i mutabunt polyſyllaba: dat cupis *anceps*.

Polyſyllaba habentia e ante bs aut ps, mutant e in i breve in genitivo: ut Calebs cælibis, vivens abſque conjuge, etiamſi caſte non vivat, *an vnmarried man, or woman*. Horat.

Calebs.

——— *Melius nil cælibe vita.*

Hic adjectivi naturam habet. Secus eſt de monoſyllabis, ut Seps ſepis. Auceps, autem facit aucupis, & eſt qui aves capit, *a Fowler*.

Auceps.

Dic *hiemis*, *pultis*, *capitis*. Cipitis dabo proli.

Hyemis, pultis, capitis, genitivi ſunt ab hyems, puls, caput. Compoſita à caput faciunt cipitis ſive in t deſinant: ut Sinciput, occiput, cipitis: ſive in ps, ut Anceps ancipitis: ut Biceps bicipitis, præceps præcipitis. Anceps eſt dubius vel incertus, *doubtſome*. Anceps gladius utrinque ſcindens, *a two edged ſword*. Præceps in caput deorſum cadens, aut inconſideratus & nimium feſtinus, *a falling downward, or haſtie*.

Anceps.

Præceps.

Ns, aut rs, s demens, tis dabit apte.

Nomina in ns aut rs faciunt genitivum dempta s & addita tis: ut Animans animantis, Ars artis. Duo ſumunt aſpirationem in obliquis, ut Tiryns Tirynthis. Herculis patria: & Elmyns Elmynthis, vermiculus in utero puerorum. Elmys & Tirys dici debere putat Feretus: quia Græca nulla exeunt in ns.

Dis vult *glans*, *nefrens*, capitis *lens*, & folium *frons* *Libraque* cum *pendo* & quod *cor* faciet tibi nomen Vntis habento *quiens* & *iens*, legem *ambio* ſpernit.

Pauca nomina habent dis, ut Glans glandis. Sic compoſitum ejus Juglans, juglandis facit: dicitur quaſi Iovis glans, & eſt magna nux, *a valour*. Glans, *an accorne*. Sed glandium varia ſunt genera de quibus nominibus Plinius. Ovid.

Juglans.

Glans.

Quernea glans victa eſt mitiore cibo.

Nefrens, nefrendis, porcellus eſt, teſte Varrone, per ætatem fabam frendere, id eſt frangere nondum potens, *a little grysle*. Lens lendis pro pediculi pullo, *a nitte*. At pro legumine quo-

Lens.

ne quodam Lens lentis dicimus, *grotes*. Vnde lentigo macula faciei ad lentis similitudinem, *a fairnickle*. Lentiginosus qui tales maculas habet, *fairnickled*. Vt lendinosus cui multæ sunt lendes, *full of nites*. Frons frondis, folium est, *the lease of a tree*. Frons frontis, capitis pars anterior, à radice capillorum usque ad supercilia, *the forehead*. Libripens, à libra & pendo pro pondero est militum stipendiorum, hoc est stipis ponderandæ pensator, teste Plinio, *a weyer*. Composita à cor misericors, misericordis, concors, discors, & Vecors, id est stultus. Lentigo. Frons. Libripens. Vecors.

¶ Vntis habento Quiens, &c. Quod dictum est de nominibus in ns, intelligendum est etiam de participiis ejusdem terminationis, quæ eodem plane modo rejecta s addunt tis: ut Amans amantis, timens timentis. Excipiuntur duo non tantum s in tis mutantia. Quiens queuntis, qui quit, id est potest. Iens euntis. Sic nequiens nequeuntis, rediens redeuntis, & cætera verborum ab eo compositorum participia. Sed ambiens ambientis facit contra legem compositorum. Quiens.

X in cis muto. Per gis, *lex*, *frux*, *aquilex*, *Rex*. *Grex*, *remex* flecto: cum Græcis addito multis *Impetigem*. *Conjunx* n tollens conjugis edet.

Nomen terminatum in x mutat x in cis in genitivo: ut Arx arcis. Merx mercis. Radix Radicis, pars arboris aut herbæ, aut fruticis in terra, *the roote*. Pollux viri proprium. Radix. Pollux.

Excipiuntur à regula quæ gis pro cis faciunt: ut Lex legis, Ius scriptum, *the Law*. Frux frugis, quicquid ex fructu terræ in alimoniam vertimus, *all kind of eating fruit*. Per metaphoram transfertur etiam ad alia. Quint. Illud ingeniorum velut præcox genus non temere unquam pervenit ad frugem. Aquilex aquilegis, putearius, id est qui putei effodiendi certis in locis rationem habet, *a VVell-maker*. Rex regis. Grex gregis. Remex remigis, qui remigat, id est remos agit, *a rower with oares*. Remus autem est instrumentum quo navis propellitur, *an oare*. Impetix sive impetigo est cum pruritu serpens scabies sicca & aspera aut squamosa, *a ring worme*. Et ab impetu nomen habet. Serenus. Lex. Frux. Aquilex. Rex. Remex. Impetix.

Si vero vitium est, quod ducit ab impete nomen:
Hoc matutina poteris cohibere saliva.

Conjunx conjugis, n habet nominativus quam genitivus abjicit. ¶ Cum Græcis addito multis, &c. Sumunt etiam gis vel gos suo more plurima Græca: ut Oryx, orygis Conjunx *Rectius sine n scribitur.*

gis vel orygos. Sphinx Shingis, vel Sphingos, animal eſt piloſum, quod quia homini non abſimile eſt, inter ſimias ponunt. Vulgatum Sphingis extat ænigma, animal eſſe, quoddam mane quadrupes, meridie bipes, veſperi tripes: quod de homine interpretatus eſt Oedipus.

E per i mutabunt polyſyllaba: quam retinebunt
Myrmex, & *vervex*, *aquilex*, *halex*que, *reſex*que,
Atque *lelex*, *Celex*. Actilis optat habere *ſupellex*.
Dic *ſenis*, & *noctis*, *nivis*. Actis paucula ſervant
Teſtis *Hylax*, ſolumque *Briax* formatur in axis.

Polyſyllaba in ex mutant e in i in genitivo ſingulari: ut

Apex. Remex remigis, Apex apicis, i. rei ſummitas: ut Apex literæ, apex galeri, apex ſcientiæ.

Vortex. Vertex. Vortex vorticis, pro quo nunc ſæpius vertex verticis dicitur, eſt, teſte Quint. contorta in ſe aqua, *a whirle-poole*; vel quicquid aliud ſimiliter vertitur: ut ventus. Hinc transfertur ad montis, aut capitis ſummitatem, *the top of an hill, or crowne of the head.*

Caudex. Codex. Caudex caudicis, ſive Codex codicis, prima pars arboris, cui radices adhærent, & liber vel tabula, *the ſtocke of a tree, or a Booke.* Monoſyllaba retinent e, ut Lex, Rex. Pauca polyſyllaba etiam

Myrmex. Vervex. retinent e, ut Myrmex mermecis, ſervi nomen apud Apuleium. Vervex caſtratus aries, *a wedder.* Aquilex aquilegis,

Reſex. Celex. Halex halecis, Reſex reſecis, i. ſubſidiarius palmes, *a cutted vine branch.* Lelex lelegis, viri & populi proprium eſt. Celex celecis penult. longa fluvii nomen. Supellex duplex incrementum habet facitque ſupellectilis. Senex ſenis, nox

Hylax. Aſtyanax. noctis, nix nivis. Pauca Græca faciunt actis: ut Hylax hylactis canis nomen. Aſtyanax, Hectoris filius, *the ſonne of Hector.*

Briax. Vnum invenio habere axis: ut Briax Briaxis eſt ſtatuarii nomen, qui & Briaxis à Plinio vocatur.

Tertius i præbet. Quartus fit in em tibi caſus.

Dativus fit in i, accuſativus in em, ut huic pani, hunc panem.

Creſcentem græci per a quartum ſæpe dedere.

Nomina Græca quorum genitivus creſcens in is vel in os non purum deſinere poteſt accuſativum ſimiliter creſcentem ſæpè in a faciunt: ut pæan, Apollo & hymnus in laudem Apollinis, vel alterius, hujus pæanis vel pœanos, hunc pæanem

nem vel pæna. Lichen Lichenis, Dæmon Dæmona, aer aera, crater cratera, martyr martyra. Quædam licet genitivum in is, vel os purum faciunt nihilominus habent a: ut Heros Heroïs vel Heroos, hunc Heroem vel Heroa. Sic Tros Troa. Minos Minoa. Hujusmodi accusativus in a, vertitur aliquando in nominativum primæ declinationis fœminini generis: ut hæc Hebdomas, hanc Hebdomada, hæc Hebdomada, hujus Hebdomadæ. Sic æthera, lampada, cratera. *Plaut.* Tene hanc lampadam. *Annotatio.*

Im dant *vis*, *cucumis*, *ravis*, *tussis*, *sitis*, atque Plurima Græca, quibus rectus fit in is: sed & in dant.

Pauca nomina habent solum im: ut vis vim, cucumis cucumim: ravis ravim, i. raucitas, vel raucedo, *hoarseneſſe.* Tussis tussim, *an hoist.* Sitis, bibendi desiderium, *thirst.* Plurima in is Græca faciunt accusativum singularem per im vel in. Talia sunt Alexis Alexim, vel Alexin, & alia virorum propria multa: ut Daphnis, Adonis, Paris. Quædam nomina mulierum, ut Isis, Mysis, Chrysis. Quædam nomina fluviorum: ut Phasis, Tybris vel Tyberis. Albis, Plurima appellativa: ut Pthisis, pulmonis exulceratio, *a ſickneſſe in the lunges.* Pleuresis, morbus lateris acutus, cum febri & tussi, *the Pleuriſie.* Diœcesis, gubernatio vel regimen, *a Dioſie.* Multa eorum quæ dis in genitivo habent, faciunt etiam accusativum crescentem in da vel in dem: ut hic Paris, hunc Parim vel Parin, vel hujus Paridis, hunc Paridem vel Parida. Sic Tigris Tigridis. Adonis, &c. Ravis. Tussis. Sitis.

Em dat & im *buris*, *pelvis*, cum *clave*, *securis*, Et *puppis*, *turris*, *restis*: sic *febris*, *aqualis*. Sic *pestis*, *navis*, *torquis*, conjunge *bipennim*.

Quædam habent em vel im: ut Buris, hanc burem vel burim. Clavis clavem vel clavim. Buris est aratri cauda, *the ſtilt of the plough.* Pelvis, vas in quo perluimus, id est lavamus, *a baſon.* Securis, ferramentum quo secamus, *an axe.* Puppis, ultima pars navis, *the hinder part of a ſhip.* Turris, à terrendis hostibus dictum ædificium est, *a Towre.* Restis, funis dicitur, quod quecunque ligata stare faciat, *a corde.* Febris, morbus est notus, *a Fever.* Pestis, sæpius pestem facit & est morbus homines subito interimens, *the peſt.* Navis, *a ſhip.* Bipennis, securis utrinque scindens, *a two edged chiſſell.* Buris. Pelvis. Securis. Puppis. Turris. Restis. Febris. Pestis. Navis. Bipennis.

Vocativus cujuſcunque generis cum accuſativo neutri generis cognoſcuntur ex regulis generalibus. Nunc ablativum enucleabo. Habet autem maxima pars nominum tertiæ declinationis e ſolum in ablativo ſingulari: Quędam i ſolum, nonnulla e & i ſimul. Principalis igitur regula eſt hæc.

Sextus e donabit, ceu *pauper*, *ſoſpes* & *hoſpes*
Mobilibus reliquis e vel i dabo: *plus* cape pluri.
Quod ſi ſit neutrum per e tantum, ſextus in i fit
Vt *dulcis* dulci: per e dat quandoque Poeta.

Ablativus in e deſinit, ut Veſper veſpere, Lux luce, Tempus tempore, Rus rure, Sacerdos ſacerdote. Hoſpes hoſpite, qui vel quæ hoſpitio recipit, aut recipitur, *an hoſtler, or gueſt.*

Hoſpes.

Ovid. *Vivitur ex rapto, non hoſpes ab hoſpite tutus.*

Pauper. Pauper pauper e, parum habens, *poore.* Papin. *Pugna eſt de paupere regno.* Soſpes ſoſpite ſanus. Plus facit pluri tantum. Omnia adjectiva præter pauper & ſoſpes, faciunt ablativum in e vel in i, ut Degenere vel degeneri, Habere vel haberi. Hinc excipiuntur ea quorum nominativus neutri generis e habet quæ ablativum in i ſolum mittunt, ut hic & hæc dulcis & hoc dulce, ablativo dulci. Hic campeſter, hęc campeſtris, hoc campeſtre, ablativo campeſtri. Poetę tamen metri cauſa, quandoque e pro i ponunt. Ovid. in epiſt. Parid. ad Helen.

Hoc mihi (nam recolo) fore ut à cœleſte ſagitta
Figar, erat veræ vaticinata ſoror.

Notanda eſt Servii & Priſciani regula, Subſtantiva adjectivis penitus ſimilia ſervant e tantum: ut Iuvenalis, Martialis, Fœlix. Clemens, Laterenſis, Salutaris, & ſimilia virorum propria. Idem eſt de appellativis. Volucris adjectivum volucri facit. Volucris ſubſtantivum volucre habet. Horum tamen quædam, quia adjectivorum naturam penitus non deficiunt, inveniuntur etiam habere i: ut Annalis, annale vel annali, liber eſt annorum geſta continens, *a Chronicle*: & ſæpius in plurali reperitur. Sic Rivalis: rivale vel rivali, qui cum alio eandem amat, *a breeke brother*. Ea in quibus ſubſtantivum certum illico intelligitur vix e poterunt habere: itaque molaris, abl. molari ſolum. Sic natalis, auricularis, ædilis, conſularis, ſodalis, familiaris, &c. Compoſita in ablativis non ſequuntur ſimplicium regulam, quia miſericors, tricuſpis, inops, & ſimilia adjectiva i vel e ſervant cum ſimplicia ſolum faciunt e. Conſinis & affinis i tantum: ut dulcis, licet finis & ę & i habeat.

Annalis.

Rivalis.

Al

Al vel ar, i neutris tantum dat, ſicut e: præter *Sal*, *jubar*, & *nectar*, *far*, *hepar*: ait mare vates.

Nomina neutri generis in al, vel in ar, vel in e deſinentia, faciunt ablativum tantum in i: Animal animali, Torcular torculari, Cubile cubili, Monile monili, quod eſt colli ornamentum, vel gutturis, *a necke Chaine*. Tolluntur *Sal* ſale, Iubar jubare, Nectar nectare, Far farre, Hepar hepate. Rete facit reti, quod ſatis indicat plurale retia. Ablativum vero rete, à maſculino nomine retis eſſe volunt: ut hos ablativos Gauſape, Prœneſte, Soracte, Præſepe: a nominativis minus uſitatis, Gauſapes, Prœneſtis, Soractes, Præſepis: Poetæ interdum e pro i ponunt. Ovid.

Exiguum pleno de mare demat aquam.

Menſibus i tantum eſt, ut queis dat quartus in, imve Sextus e donat, & i, cum quartus in em vel im fit.

Nomina menſium finiunt in i: ut Aprili, Quintili, Sextili, Septembri, Octobri, Novembri, Decembri. Simplex tamen Imber habet e vel i: ut *Tatebit*. Nomina in is, quorum accuſativus ſolum in im definit, vel in im & in, non autem in em faciunt ablativum in i ſolum: ut hæc vis, hanc vim, ab hac vi. Hæc hæreſis, hanc hæreſim, vel hæreſin, ab hac hæreſi. Quæ vero habent em vel im, habent e vel i: ut Febre, vel febri: Turre, vel turri. Sic o vel i capiunt in ablat. nomina Græca, quorum accuſat. habere poteſt em vel im more Latino, & a vel in more Græco: Sed ablat. in e genitivi creſcentiam ſequitur, non ablativus in i: ut Tethys, hujus Tethyos, hanc Tethyn, vel Tethya, ab hac Tethy, vel per creſcentiam Tethye. Hic Paris, hujus Paris, vel Paridis, & Paridos, hunc Parim, vel Parin; Paridem, vel Parida, ab hoc Pari, vel Paride.

I vel e dant *finis*, *fuſtis*, *pugil*, & *vigil*, *imber*, *Vnguis*, *avis*, *poſtis*, *veſtis*, cum *nepte*, *ſupellex*, Atque *tridens*, *claſſis*, cum *civis*, & *amnis*, & *ignis*: Sic *anguis*, *ſtrigilis*, ſtrigili: vix ſtrigile dicam.

Nomina hic poſita habent e vel i in ablativo: ſed ſæpius e. Pugil, qui vel quæ pugnandi artem novit, *a Kempe*. Vigil, qui vel quæ vigilat, *a WVatch*. Tridens,

ſceptrum Neptuni triſulcum, *a three forked Scepter.* Caſſis, navium multitudo eſt, *a Navie of Ships*: ſed mitaphorice transfertur etiam ad alia. *S*trigilis eſt inſtrumentum dentatum, à ſtringendo nomen habens, abraduntur enim eo ſordes & ſudores, ſive hominum in balneis, ſive jumentorum in ſtabulis, *an Horſe combe.* Horat. *Furtiva mutat ſtrigilis.*

DE PLVRALI NVMERO TERTIÆ.

REctus in es fiet pluralis, jungito quartum.

Nominativus pluralis, cui vocativus ſimilis eſt, cum accuſativo in es deſinit: ut hi & hos, & O homines. Fit autem hic caſus à genitivo ſingulari, mutando is vel os in es: ut Ibis ibidis. Ibides, Ibis hujus Ibis, Ibes, Tigris, tigridis, tigrides, tigris, tigres.

Cum genitivus ium dat, quartus in eis quoque fiet. *Tralleis* & *Sardeis* es ſpernunt. Quartus in as fit Dum per a quartus erat, ceu *Dæmonas* atque *Gigantas.*

Nomina quorum genitivus pluralis in ium deſinit, faciunt pleraque accuſativum p.r eis: ut pars partium, has partes vel parteis. *S*ic treis, omneis, acreis. Tralleis & *S*ardeis Græca oppidorum nomina pluralis tantum numeri, nec nominativo nec accuſativo es habere leguntur. Noſtro hoc ſæculo accuſativus pluralis in eis, à genitivo ſingulari in is ſono nihil differt. *S*ed differret multum ſi veteres ſecutus, juxta Eraſmi ſententiam, ſones ei diphthongon: ut Batavus ſuo Idiomate ovum, Latinus hei interjectionem pronunciat.

Quartus in as fit, &c.] Quando accuſativus ſingularis in a deſinit: accuſativus pluralis etiam in as terminari poteſt: ut hanc lampadem vel lampada: has lampades vel lampadas. Sic Dæmones vel Dæmonas: Gigantes vel Gigantas. Heroes vel Heroas. Nihil de noſtris loquuti ſumus. Nam per regulam generalem habent a in Nominativo, Accuſativo & Vocativo plurali: ſed quoniam alia quædam habent ia: ut *Animal animalia*: alia non, ut corpus corpora, de his pauca afferam.

Quod dedit i ſexto [niſi comparat] hoc ia ponit, Vult

Vult ia *plus* raro, nunquam *vetus*. Effer *apluſtra*
Vel ſtria. Si ſolum dat ſextus e, non ia pones.

In nominibus neutri generis, ſi ablativus deſinebat, vel in i ſolum, vel in e & i ſimul, tunc Nominativus, Accuſativus & Vocativus plurales habent ia: ut Mare abl. Mări, hæc Maria, O Maria. Fœlix, abl. fœlice vel fœlici, hæc fœlicia, & O fœlicia. Comparativa tantum a faciunt: ut Meliora, Dulciora. Sic vetus vetera, non veteria. Plus plura, & aliquando pluria unde complura & compluria. Apluſtre apluſtra vel apluſtria, eſt ornamentum navis in cacumine mali, *the takling of a ſhip*; ab à privativa particula, & pleo, id eſt navigo, quia ſine eo per mare non eſt navigandum, aut quia non neceſſariò ad navigationem requiritur. Quæ abl. ſingularem ſolum in e terminant, a faciunt: ut Dogmata, corpora. Gauſapa verò non à gauſape, ſed gauſapum eſſe memineris.

Vm vel ium patrio Latium dat. Græcia vult on.

Genitivus pluralis tertiæ declinationis habet Latinè um: ut patrum: vel ium, ut partium. Græcè etiam habet on, vel præcedente conſonante: ut Epigrammaton: vel on purum: ut Hæreſion aut Hæreſeon.

Præbet ium patrius, ſi ſextus in i fuit ante.

Genitivus pluralis in ium deſinit, ſi ablativus ſingularis habuerit, i ſive i ſolum, ſive i & e ſimul: ut hoc Ancile, ab hoc ancili, horum ancilium, fuit ſcutum breve & rotundum, *a round Buckler*. Monile monilium, Animal animalium. Sic noſtratium, veſtratium, imbrium, ditium, clavium, concordium, fœlicium, prudentium, amantium, legentium, &c. Quædam per ſyncopam um faciunt, maxime ea quæ in ns deſinunt: ut prudens, innocens, amans.

Tolle *vigil*, *ſupplex*, *opifex*, *vetus* & *pugil*, & quod
Comparat, [excepto *plus*] *artificem*, *ſtrigilemque*,
Atque *inopem*, *memorem*, *conſortem* jungito, & ortum
A *capio*, *dives* quibus additur. Vm dat e tantum.

Excipiuntur à dicta regula quædam um ſolum habentia licet in ablat. habuerint i: ut Vigil vigilum, Supplex ſupplicum, &c. Et quædam horum um putantur habere differentiæ cauſa propter nomina neutri generis in ium deſinentia, qualia ſunt Supplicium, officium, artificium, conſortium, mancipium, municipium, principium, &c. Supplex, id eſt, ſupplicans, & humiliter rogans, *a Supplicant*. Opifex, operis effector, *a Craftſman*. Artifex, artificioſus, *cunning in anie Craft*. Plin. *Vir tam artifex ingenii*. Inops, vehementer egens, *needie*. Conſors, particeps, *a Marrow, or partaker*. Exors, id eſt, non particeps, aut non conſors, *not participant*: ium habet niſi verſus gratia fiat Syncopa. Comparativa nomina etiam um tantum faciunt, ut Melior meliorum, Fortior fortiorum. Plus ſolum facit plurium. Item compoſito a capio faciunt um tantum: ut Particeps participum. Sic municeps, &c. A capite vero adjectiva faciunt ium, niſi fiat Syncopa: ut Anceps ancipitium: vel per ſyncopam Ancipitum, docet hoc Priſc. Dives divitum. Sic volunt ſimilia habere per ſyncopam, quæ tamen regulariter ium habere arbitror: ut Locuples locupletium, vel locupletum. Degener & huber, licet in ablativo nonnunquam i habeant, nunquam tamen inveni habere ium. ¶ Vin dat e tantum. Nomina habentia e tantum in ablativo ſingulari, habebunt um ſolum in genitivo plurali; ut Pauper pauperum. Sic Puber & impuber: quæ licet aliquando adjective in Singulari ſumantur, tamen per i in ablativo non reperi. Halec dicunt halecium facere. Sex exceptiones ſunt ab hac Regula, quarum prima eſt hæc.

Supplex.
Opifex.
Artifex.
Inops.
Conſors.
Exors.
Plus.

1. As dat ium Latiale: magis polyſyllaba dant um.

Nomen Latinum in as deſinens, facit genitivum pluralem in ium: ut Mas marium, Vas vadium, As aſſium. Polyſyllaba melius per ſyncopam afferuntur tam in proſa, quam in carmine: ut Civitas civitatum, vel civitatium. Dixi Latinum quia Græca ſolum um faciunt: ut Arcas Arcadum, Atlas Atlantum.

2. Donat ium *ſamnis, linter, cáro, dos, uter, os, os, Glis, faux, nix, nox, cor, lis, cos:* quodque *uncia* donat.
3. S quoque nõ creſcens, velut ns 4. junge *Quiritem.*
Excipis inde *canis, juvenis, panis, volucriſque,*

Et

Et *vates*, *proles*, *ſoboles*, forte *indole* juncto.
5. Donat ium cum *mure cohors*: 6. monoſyllaba junge.
Conſona bina tenent ſi finis. Finge priorem
Tantum pluralj numerum. Signato figuras.

Ium habent hæc nomina in genitivo plurali: *Samnis* ſamnitium, Linter lintrium, Caro carnium, Dos dotium. Sic Cos cotium, Vter utrium, Os oſſium, & Os oris, Si genitivum pluralem habere reperiatur orium. Glis glirium: Sic Faux faucium, Nix nivium, Nox noctium, Cor cordium, Lis litium. Sic compoſita ab uncia: ut Septunx, ſeptuncium; & nomina in es vel in is non creſcentia in genitivo Singulari: ut Sedes ſedium, Ædis ædium, Menſis menſium, Turris turrium. Præter *Canis*, *Panis*, Iuvenis, & Volucris, ſubſtantivè captum: & *Vates* vatum. Item *Prole* prolum, teſte Mart. Capella. *Soboles* ſobolum, *Indoles* indolum, *Si* pluraliter legantur. Ideò divi prole, ſoboles forte indole juncto. Apes apum, plerumque per ſyncopam habet. Item à Regula V M dat e tantum excipiuntur, Mus murium, Cohors cohortium, id eſt multitudo militum, *a Band of Men of VVarre*: & aliquando aliarum rerum.

Nomina monoſyllaba in duas conſonantes deſinentia faciunt ium in genitivo plurali: ut Trabs trabium, *Plebs* plebium, Seps ſepium, Arx arcium, Lynx lyncium. Nomina tantum pluralis numeri in es, omnia genitivum faciunt in ium, ex analogia vel proportione numeri Singularis: ut *Penates* penatium, quia *Singulare* foret pœnas. Hac ratione ium faciunt Fores forium, Manes manium, Vires virium. Ædes, pro domo, ædium, *an Houſe*. Lactes lactium. Sic Sortes, Sordes, Senes, Pugillares, Gades, Alpes, in tertio Libro declaranda. Contra um ſolum faciunt Lemures, Celures, Majores, Minores, Proceres, Luceres. Opes, pro Divitiis, opum faciens, analogiam non ſequitur, *Riches*. Notato bene figuras, quæ circa genitivum contingunt, Syncopam & Epentheſin. Syncopa ſatis declarata eſt, & per eam invenies Macedo, habere Macedum, pro Macedonum. Pap. *Fraxinea vibrant Macedum de more ſariſſas.*
Contrariam vim habet Epentheſis, quæ eſt additio literæ vel ſyllabæ in medio dictionis gratia metri: ut Ales alitum, & per Epentheſin Alituum. Virgil:

Alituum pecudumq; genus ſopor altus habebat.

Tertius

Tertius eſt in ibus: Eos bobus flecto boumque.

Dativus pluralis, cui ablativus ſemper eſt Similis, deſinit in ibus: ut Hominibus, Patribus, Ænigmatibus. Sed in a Græca elegantius faciunt hos caſus in tis, ab antiquis nominativis in tum: ut Sophiſmatis, Epigrammatis, &c. Eos vero bobus, & aliquando Bubus, pro bovibus: & Boum, pro bovum, per ſyncopam facit.

QVARTA DECLINATIO.

Qvarta dat us recto, dat & u prius invariatum.

Rictus. Cornu. Genu. Gelu.

Quarta declinatio nominum duas terminationes habet us & u. Sed u prius, id eſt, in Singulari numero non declinatur, ut Rictus, id eſt, roſtrum, vel os, *the Becke, or the Mouth*. Cornu, *an Horne*. Genu, *the Knee*. Inter hæc in ũ quædam plurali carent: ut Gelu, Aſtu.

Vs genitivus habet. Per uis flexere vetuſti.

Senatus. Magiſtratus.

Genitivus in us deſinit: ut hic Senatus, hujus Senatus, id eſt, Senatorum conventus, aut ipſi Senatores, *the Counſeller, or Counſell-Houſe*. Hic Magiſtratus, hujus Magiſtratus, regimen vel dignitas, aut aliquis in dignitate conſtitutus, *the Superiour Power*. Apud veteres nomina quartæ faciebant uis in genitivo: ut hujus Manuis, anuis. Terent. *Ejus ánnui cauſſa, opinor, quæ erat mortua*. Multa i in genitivo habent: ut Ornati, Senati, &c.

Tertius optat ui: quandoque per u quoque lectus.

Dativus fit in ui: ut hic Commeatus, hujus commeatus, huic commeatui, id eſt, Facultas aliquo proficiſcendi conceſſa à ſuperiore: etiam Significat victum militarem, *a ſafe Conduct, or Victuals of an Armie*. Æſtus, vehemens calor, huic Æſtui, *Heate*. Dativus fit in ui ab antiquo genitivo in uis, a genitivo autem in us, regulariter fit dativus in u qui jam in rariore uſu: ut Metu, pro metui. Virg.

Pace meu Cytherea.

Vm

Vm retinet quartus. Fit ſextus in u tibi caſus,
Vm quarto, reliquis u caſibus optat *IESVS.*

Accuſativus fit in um, ablativus in u. Vocativus Similis eſt nominativo: ut Fructus, hunc fructum: O fructus, à fructu: & eſt quod ex arboribus ad uſus noſtros naſcitur, vel utilitas, *the fruite of a Tree*. Cicero: *Non parum fructus habet in ſe eloquentia*.

IESVS Accuſativum facit IESVM: Cæteri Caſus in u deſinunt: ut Hic IESVS, Hujus IESV, Huic IESV, Hunc IESVM, O IESV, ab IESV. Interpretatur Salutaris, aut Salvator: & hoc eſt dictio triſſyllaba.

Primus pluralis cum quarto ſemper in us fit,
Dat genitivus uum. Per ibus tibi tertius exit.
Dant ubus, *artus, acus, ficus, tribus*, & *lacus, arcus*,
Et *ſpecus*, atque *veru, partus, quercus*, quoque *portus*.
Forſitan & *quæſtus* à deponente creatum.

Nominativus pluralis cui vocativus Similis eſt, cum accuſativo deſinit in us: ut Hæ Manus, has manus, O manus. Neutra in his caſibus per Regulam generalem a habent: ut Cornua, Genua. Genitivus deſinit in uum, & Dativus cum Ablativo in ibus: ut Hi Saltus, horum ſaltuum, his ſaltibus: id eſt, actio ſaliendi, aut ſylva, *a Foreſt, or Lomping*. Genitivus per ſyncopam, Accuſativo Singulari fit Similis: ut Currum, pro curruum: Nurum, pro nuruum. Ovid. 12. Met. *Cinctaq; adeſt virgo Matrumq; nurumq; caterva*.

Pauca faciunt ablat. in ubus: ut Artubus: Ne ſi artibus dicamus videatur eſſe ab ars. Eſt autem artus proprie membri nodus, *the joynture of the members*. In quibuſdam hæc ratio eſſe non poteſt: ut Acus Acubus. Quercus quercubus. Lacus lacubus locus eſt cujus fundus eſt natura aquoſus, *a Lake*: & vas in quod nuit muſtum de torcularí. Arcus quo ſagittatur, *a Bow*. Veru etiam invenitur in ubus, *a Spit*. Virgilius: *Pinguiaq; in verubus torrebimus exta colurnis.*

Quercus arbor glandifera, *an Oake tree*. Partus, actus pariendi, *the birth of a child*. Portus, locus eſt juxta mare, vel flumen, in quem naves ducuntur ut ſint tutæ, *an Haven*. Valla jungit. Queſtus pro querimonia, *a complaint*. Sed credo tam quæſtus a queror, pro querimonia, quam quæſtus à quæro, quod lucrum ſignificat ibus facere, *profit*.

Quercus. Lacus. Arcus. Veru. Portus. Queſtus. Quæſtus.

QVINT.

QVINTA DECLINATIO.

Rectus utriusvis numeri quartusque per es fit
Pluralis quintæ. Demptas capit i genitivus
Cum dandi casu. quartus volet em. dabo sexto
Ebene. Vult erum patrius. Vult tertius ebus.

Nominativus & vocativus utriusque numeri quintæ declinationis cum accusativo plurali desinunt in es longum. Genitivus & Dativus singulares in ei. Accusativus singularis in em. Ablativus in e. Genitivus pluralis in erum. Dativus & abl. in ebus. Exemplum est in Donato. Species, i. forma, *a forme, or kind.* Omnia nomina quintæ decl. sunt fœminini generis, præter dies & meridies quæ satis ex libro primo patent. Omnia nomina quintæ decl. sunt appellativa. Ideò Fides nomen virginis, est tertiæ declinationis. Genit. & dativus singulares quintæ decl. olim eranc similes Abl. Item Genit. repertus est in ei & in ii: ut Hic aut hæc Dies, hujus Diei vel Dii, ut famei causſa. Testimonia si desideres, lege Gellium. Lib. 9. Cap 14.

Species.

PATRONYMICA.

Patronymicum est quod à nomine patris, & abusivè alterius derivatur secundum Græcam formam: ut Æacides, i. Peleus à nomine patris sui: vel Achilles, à nomine avi: vel Pyrrhus, à nomine proavi. Patronymicum interpretatur patris nomen, a patre & onoma, id est nomen o mutato in y. Patronymicum enim significat filium aut filiam, nepotem vel neptem. Aliquando etiam qui post longa tempora per rectam lineam consanguinitatis natus est: ut Pyrrhus Epirotarum Rex dictus est Æacides, quia dicebatur ab Æaco descendisse.

Patronymica formantur abusive à nominibus matrum: ut Phyllirides, i. Chiron Centaurus qui Apollinis & phylliræ filius fuit. A nominibus fratrum: ut Phaetontias, Lampetia soror Phaetontis. A nominibus Regum: ut Romulidæ Romani à Rege Romulo. A nominibus filiorum: ut Meleagris Althea Meleagri mater. A nominibus maritorum: ut Menelais, Helena uxor Menelai. A nominibus Deorum: ut Phœbas Phœbi sacerdos. A nomin. Vrbium: ut Troas mulier Trojana Thebais è Thebis. A nominibus regionum: ut Thessalis, quæ est ex Thessalia. Et ab aliis nominibus formari inveniet, si quis Poetas diligenter rimetur.

Patro-

Patronymicorum terminationes quibus Latini utuntur sunt quatuor: una masculini generis scilicet es, ut Priamides. Reliquæ fœminini generis, as, is, ne: ut Phaetontias, Priamis, Nerine. *Terminationes patronymicorum.*

Patronymica in es solum viros significant, & sunt omnia primæ declinationis, & declinantur, ut Anchises in singulari, in plurali vero, ut Poetæ.

Patronymica in as declinantur per omnia: ut Lampas, veluti Æetias, adis vel ados, id est Medea Æetæ filia.

Patronymica in is declinantur per omnia: ut Pyxis, ut Æneis, Æneidis vel idos, est filia vel neptis Æneæ, aut Virgilii de gestis Æneæ poema.

Patronymica in ne declinantur eodem modo, ut Pentecoste veluti Nerine, id est filia aut neptis Nerei.

Patronymicis non nisi in versibus utimur.

Patronymica non habent formationes certas. Regulæ tamen, licet non satis catholicæ hæ dari solent.

Nomina primæ declinationis mutant æ genitivi in a brevem, & juncta syllaba de reddunt patronymica, ut Pelius, pelię, peliades. Contra regulam sunt Anchisiades, Laertiades. *Patronymicorum formatio.*

Nomina secundæ declinationis correpta i genitivi addunt des: ut Priami priamides, nisi fuerint duo ii, tunc enim posterius i mutatur in a breve: & additur des, ut Menetius Menetii, Menetiades. Quę vero ei habent mutant ei in i longum addita des: ut Peleus, pelei, pelides. Tydeus euphoniæ caussa mutat d in t, quia dicimus Tytides.

Nomina tertii ordinis correpta i dativi addunt des, ut Hector, Hectori, Hectorides.

Multa irregulariter formantur quia poetę addunt, demunt aut mutant pro metri exigentia.

Patronymica in as formantur à patronymicis in des habentibus a ante des extrita de syllaba: ut Peliades, pelias.

In is patronymica formantur ab habentibus i ante des, ablata de, ut Priamides, priamis, idis. Quod si i ante des producatur, mutabitur in ei: ut Pelides, peleis.

Patronymica in ne pauca leguntur, & formantur a genitivis, addita syllaba ne. ut Adrastus, Adrasti, Adrastine: vel mutando ei in i longum: ut Nereus, Nerei, Nerine. Vel mutando posterius i in o breve, ut Acrisius, Acrisii, Acrisione.

PRONOMINVM DECLINATIO.

PRonominum declinationes sunt quatuor: prima declinatio habet pronomina tria: ego, tu, sui, sine nominativo. Secunda quinque: Ille, ipse iste, hic, is. Tertia totidem: Meus, tuus, suus, noster & vester. Quarta duo habet, Nostras & vestras.

prima

Prima Declinatio pronominum mittit genitivum in i, vel vetuſte in is, ut Ego, Genitivo mei vel mis, Dativo mihi, qui interdum figurate una ſyllaba pronunciatur. Virgil. 6. Æneid. ---------- *Et mi genus ab Iove ſummo.*

Secunda declinatio mittit genitivum ſingularem in ius per duas ſyllabas; ut Illius: vel per unam; ut Hujus.

Tertia Declinatio mittit genitivum Singularem in i, æ, i: ut Meus, mea, meum: Mei, meæ, mei. Meus vocativo mi.

Quarta declinatio mittit genitivum in atis: ut Noſtras noſtratis, Veſtras veſtratis. Declinantur per tria genera: ut Arpinas.

PRONOMINVM COMPOSITIO.

PRonomina componuntur inter ſe: ut Egoipſe, tuipſe, ſuiipſius. Iſte componitur cum hic ſervata aſpiratione:
Iſthic. ut Iſthic, iſthæc, iſthoc: vel comice iſthuc. Genitivo caret, Dat. caret. Accuſ. iſthunc, iſthanc, iſthoc, vel iſtuc. Ablat. iſthoc. Iſthac, iſthoc. Pluraliter, generis neutri, Nominativo & accuſativo iſthæc: cæteris caret. Sic invenitur ille cum hic, Ilhic, ilhec, ilhoc. Secundo pronomen componitur cum nomine, ut hujuſmodi, & intercedente ſyllabica adjectione, hujuſcemodi. Tertio cum prepoſitionibus componitur: ut Mecum, tecum, ſecum. Hoc vult Donatus, Priſcianus mavult orationes haberi. Quarto componitur cum adverbio: ut
Idem. Idem, ab is & demum, quaſi is præcipuè vel iterum. Et declinatur ſic. Idem, eadem, idem: ejuſdem, eidem: eundem, eandem, idem. Abl. eodem, eadem, eodem. Et pluraliter, eidem, vel iidem eædem, eadem: eorundem, earundem, eorundem: eiſdem, vel iiſdem: eoſdem, eaſdem, eadem. Ablat. eiſdem, vel iiſdem. Quinto componitur cum conjunctione interro-
Hiccine. gativa ne: ut Hiccine, hæccine, hoccine. Genitivo & dativo caret. Accuſat. Hunccine, hanccine, hoccine. Ablat. Hoccine, haccine, hoccine. Et pluraliter generis neutri, nominativo & accuſativo, Hæccine, cæteris caret. Sexto pronomina componuntur cum ſyllabicis adjectionibus, quæ ſunt quinque, met, tim, te, ce, pte: ut Egomet, meatim, tute, hujuſce, ſuapte. Syllabica adjectio eſt particula extra compoſitionem nihil Significans, cujus Significatio in compoſitis eluceſcit.

QVIS ET QVI IN COMPOSITIS.

QVIS & QVI differunt dupliciter, Significatione, & compoſitione. De diverſitate Significationis dictum eſt alio loco. De Compoſitionis differentia nunc agemus: propter compoſita a QVIS vel QVI. Donatus in

fœm

fœminino genere dicit, quæ vel qua in Singulari nominativo, & Similiter in nominativo & accusativo plurali, neutri generis. Nam qua nominativus casus, aut accusativus, extra compositionem nihil significat. Vt ergo cognoscas composita à QVIS & QVI, à QVÆ & QVA, notabis versus Badianos.

Et, ne, alius, num, si, deposcunt *quis* sibi subdi:
Et *qua* volunt, non *quæ*, quoties reperitur utrumque.
Post *quis, nam, que, piam,* non *qui,* tu pone *putas, quam.*
Dam, vis cunque, libet, non *quis* sed qui sibi subdet.
Nec *qua* volunt, sed *quæ,* quoties reperitur utrumque.

QVIS & QVA in compositione postponuntur dictionibus ec, ne, alius, num, Si. Et dicimus, Ecquis, nequis, nunquis, Siquis. Sic Ecqua, nequa, &c. Quis vero, & non etiam qua præponitur quis, nam que, piam, putas quam: ut Quisquis, quisnam, quisque, quispiam, quisputas quisquam. Dictis omnibus particulis, nec præponitur, nec postponitur qui: Sed præponitur quatuor aliis, Dam, vis, cunque, libet: ut Quidam, Quivis, Quicunque, Quilibet. Præponitur his ipsis qua, ut Quædam atque etiam illis, quibus præponitur quis, ut Quænam. Quæquam, quidquam, aut quodquam, rarissime legitur: Quidcunque nunquam. Item Quisquis in usu vix habet alios casus quam Quisquis, Quicquid: Ablat. Quoquo, & Quaqua.

Quisque, teste Valla, caret genitivo plurali. Quoties igitur apud Donatum simul reperies, quæ vel qua, dictarum particularum gratia sic eum flexisse memineris.

DE HETEROCLITIS.

LIBER III.

HETEROCLITA propriè loquendo ea demum dicuntur, quæ contra aliorum regulam variè declinantur: ut hoc Cœlum, hi cœli, hoc vas vasis, hęc vasa vasorum. In hunc librum congessi Anomala, Defectiva & abundantia, tanquam generali nomine hęc omnia Heteroclita debeant dici. Iuxta illum Badii versiculum vulgi ab usu sumptum:

Deficit aut variat Heteroclita vox vel abundat.

Heteroclitum verò est idem quod Anomalum, & interpretatur aliter declinatum, ab heteros, i. aliter; & cliton, i. declinatum. Anomalia est irregularitas, ab a, i. sine & nomos, i. lex. Anomalum irregulare. Irregulariter declinatur nomen sive variat quinque modis: primo variat genus, ut hoc Cœlum, hi cœli. Et dicitur heterogenum vel heterogeneum. Secundo variat declinationem tantum, ut hoc vas vasis, hæc vasa vasorum. Tertio variat genus & declinationem, ut hoc Epulum, hæ epulæ. Quarto variat sive irregulariter format obliquos, ut Iuppiter, Iovis. Quinto contra aliorum modum aliquot casus finit, ut ambo, duo, quæ ex præcedente libro nota sunt. De Heteroclitis propriè nominatis dicam primum, inde defectiva & abundantia enucleabo.

ANOMALA, SIVE HETEROCLITA, ET *PRIMVM IN SINGVLARI MASCVLINA*, IN PLVRALI NEVTRA.

Mascula sunt primo numero, sed neut. secundo,
Dindymus, *infernus*, *locus*, *Ismarus* & *joca*, *cetus*,
Mænala, *Taygetus* ceu *Tartara*, *Massica*, *Avernus*,
Sibila, *Pangæus*, ceu, *Tænara*, *carbasa*. Dant hi
Quædam plurali, verùm loca non damus, arti.

In singulari masculina, in plurali neutra sunt nomina hic posita Dindymus, hæc Dindyma, &c. Sed hic aut hæc Carbasus, pluraliter hæc Carbasa. Quædam horum etiam masculina sunt in plurali, & sic non sunt Heteroclita: ut hic

hic Locus: & pluraliter hi loci, vel hæc loca. Hic jocus, & pluraliter hi joci, vel hæc joca. Sed notandum quod locus quando eſt argumenti ſedes ad Rhetoricæ vel Dialecticę pertinens curam non habet in plurali loca, ſed loci tantum. Dindymus eſt mons Phrygiæ. Infernus, *the Hell*. Sed adjectivi potius naturam habet, ut ſupernus. Iſmarus, mons Thraciæ, jocus, ludus, eſt in verbis, *a Mock*. Cetus, piſcis maximus, hi ceti, & hæc cete, *a whale*. Virgil.

Dindymus.
Infernus.
Iſmarus.

——— *Ingentia cete*. Menalus mons Arcadiæ. Taygetus mons Laconiæ. Tartarus idem eſt quod infernus, *the Hell*. Tartari Tartarorum, populus quidam eſt Scythiæ. Maſſicus mons Campaniæ optimi vini ferax. Avernus, Campaniæ lacus propter circumſtantes ſylvas fœtidiſſimus. Deſcribit eum Virg. 6. Æn. Sibilus fictitium eſt nomen flatum quendam ſignificans, *Hiſſing*. Pangæus, promontorium eſt Thraciç. Tænarus promontorium Laconiæ. At hujuſmodi propria eatenus etiam inter abundantia referri poterunt, quod in ſingulari & plurali idem ſignificant.

Mænalus.
Taygetus.
Tartarus.
Maſſicus.
Avernus.
Sibilus.
Pangæus.
Tænarus.

IN SINGVLARI FOEMININA, IN PLURALI NEUTRA.

Hæc prius, hæc poſt dant tibi *Pergamus* atq; *ſupellex*.

Hæc duo nomina pergamus & ſupellex dant hæc prius & poſt, i. in ſingulari ſunt generis fœminini, in plurali generis neutri: ut hæc pergamus, hæc ſupellex: & pluraliter hæc Pergama, hæc ſupellectilia. Pergamus Regia fuit Priami, in plurali idem Significat, & non plura, *the palace of king Priamus*.

Pergamus.

IN SINGVLARI NEVTRA, IN PLURALI MASCULINA.

Maſcula plurali numero ſunt neutra priore:
Elyſium, *Cœlum*: quibus aptè jungitur *Argos*.
Plurali numero ſunt maſcula neutrave, *frænum*,
Et *filum*, *claſtrum*, *raſtrum* conjunge *capiſtrum*
Eſt primo numero neutrum plus, omne ſecundo.

In ſingulari neutri generis, in plurali maſculini ſunt: ut

hoc Elyſium, hi Elyſii: hoc Cœlum, hi cœli: hoc Argos, hi Argi. Quæ ſequuntur in plurali tam neutri quam maſculini generis ſunt: ut hoc Frænum, filum, &c. Plus in ſingulari ſolum neutri, in plurali omnis: ut hi & hæ plures, & hæc plura. Elyſium, locus bonarum animarum, *the reſting place of the good Soules*. Cœlum beatorum Habitaculum, *the Heaven*. Argos, hi Argi, urbs erat excellentiſſima, prope Athenas. Frænum, quo equus regitur, *a Bridle*. Filum, quod ex lino lanave trahitur nendo, *A Threede*. Clauſtrum, Clauſura vel quo aliquid clauditur, *a Cloyſter, or anie thing that cloſeth*. Raſtrum, Inſtrumentum ruſticum, quo terra raditur, *a Spade*. Capiſtrum capitis vinculum quod jumentis adhibetur, *an Halter*.

Elyſium.
Cœlum.
Frænum.
Filum.
Clauſtrũ.
Raſtrum.
Capiſtrũ.

IN SINGVLARI NEVTRA, IN PLURALI FŒMININA.

Dic epulas & delicias: numerus prior um dat.
Balnea dic vel eas: tantum prior um numerus dat
Nundinum apud veteres, nunc uſus *nundinæ* habebit.

Pauca in ſingulari ſunt neutri generis, & in plurali numero fœminina: ut hoc Epulum, hæ epulæ, hoc delicium, hæ deliciæ: hoc balneum; hæc balnea balneorum: vel hæ balneæ balnearum. Epulum multis non videtur Anomalum, quia aliud in ſingulari quam in plurali ſignificat. Nam epulum eſt teſte Valla convivium pompoſum & variis cibis comparatum, *a great Banquet*. Epulæ ſunt cibi quotidiani, *cuſtomable cheare*. Hanc differentiam confundi oſtendit Calepinus. Ideo inter Heteroclita pono. Delicium, hę deliciæ, id eſt voluptas & oblectamentum, *delite and pleaſure*. Balneum, hęc balnea vel hæ balneæ, locus in quo lavamus, *the ſtoves*. Nundinum dixerunt veteres, nunc pluraliter tantum hæ nundinæ dicimus: & ſunt dies ad publice emendum, vendendum veſtatuti, *a common faire*.

Epulum.
Epulæ.
Delicium
Balneum.
Nundinum.
Nundinæ
Vas.

OBLIQVI HETEROCLITI.

Anormes ſervant obliquos nomina quædam.
Iuppiter eſt teſtis, cum multis ante retectis.

Multa nomina anormiter faciunt ſuos obliquos: ut caro carnis, lac lactis, Iupiter, Iovis. Sic hepar, femur robur ſanguis, turbo,

turbo, Anio, supellex. Sic poema in dativo ablativoque poematis melius quam poematibus. Item ambo duo & plura ante declarata. Cauma in multis est quia alii fuerunt olim nominat vi: ut carnis, lacte, Iovis, itiner, jecur & jecinus, rotor teste Phoca: hepas femor, sanguen turben. Anien, supellectile, poematum, &c. Irregulares etiam obliquos habent pronomina Ego & tu.

ANOMALA DECLINATIONE VAS, IUGERUM, DOMUS.

Vas vasis ternæ, pluraliter esto secundæ.
Plurali tantum numero sit *jugera* ternæ.
Attamen effertur cum jugere jugeris apte,
Partim sit quartæ, partim *domus* esto secundæ.

Vas vasis neutri generis in singulari est declinationis tertiæ, in plurali secundæ: ut hæc vasa vasorum, vasis: quia olim dicebant hoc vasum. Declinemus sic jugerum: Nominativo jugerum, genitivo jugeris vel jugeri, dativo jugero: accus. & vocat. jugerum: abl. jugero vel jugere. Et pluraliter nominativo, accusat & vocativo jugera: genitivo jugerum: dativo & abl. jugeris vel jugeribus: ab antiquo nominativo jugus vel juger. Est autem jugerum spatium agri uno die ab uno pari boum aut equorum arati, *as much ground as two Oxen may till on a day.* Vas. Iugerum.

Domus sic flectitur. Nominativo hęc domus: genitivo hujus domi & domus: dativo huic domui: accusat. hanc domum: vocativo O domus: abl. ab hoc domo. Et pluraliter hæ domus: harum domuum vel domorum: his domibus: has domos, O domus, abl. domibus. Est itaque domus partim secundæ declinationis, partim quartæ. Domi genitivus locum ędificii denotat, & ponitur adverbialiter, ut Sum domi, i. in domo. Domus genitivus ædificium significat: ut culmen domus, *the rigging of an house.* Hanc formam declinandi sequuntur, quędam arborum nomina, Laurus, Quercus, Cornus, Pinus, &c. Domus.

DEFECTIVA.

Defectiva nomina sunt quibus aliquid in plena declinatione repertum deest, vel casus variatio ut centum: vel casus aliquando ut Spontę: vel alter numerorum, ut Arma. Sed priùs quam ad rem accedam, declarabo casuales formas, quæ sunt septem, Aptota, monoptota, diptota, triptota, tetraptota, pentaptota, hexaptota. Nomĕ itaq; Aptoton est quod per omnes casus uniformiter currit, ut quatuor: & dicitur ab a, i. sine, & Ptosis, i. casus, quasi sine casus variatione. Monoptotŏ est quod unicŏ casum habet, ut natu. Aliquando etiam plureis, sed qui similes Defectiva. Aptotum. Monoptotum.

les esse solent, ut expes: & dicitur à monos, id est solus, vel unicus, & Ptosis. Diptotum est quod duas diversas voces habet, ut verua verubus, quia veruum in usu non est: dicitur à dis, i. bis, & Ptosis. Triptotum nomen quod tres diversos casus habet: ut Templum, templi, templo, dicitur à tris, i. tres, & Ptosis. Tetraptotum nomen quod in declinatione habet quatuor diversas voces: ut Puer, pueri, puero, puerum, a tetras, i. quatuor, & Ptosis. Pentaptotum, quod in declinatione sua habet quinque diversas voces: ut Dominus, domini, domino, dominum, domine. Dicitur à pente, i. quinque & Ptosus. Vt Hexaptotum ab hex, i. sex, & Ptosis. Hexaptotum est quod in declinatione sua sex habet varias voces: ut unus, unius, uni, unum, une, uno. Diomedes appellat has formas simplicem, unicam, bipartitam, ternariam, quaternariam, quinariam, senariam.

Diptotum.

Triptotum.

Tetraptotum.

Pentaptotum.

Hexaptotum.

APTOTA, ID EST, INDECLINABILIA.

Nomen in u nullum numero variabo priore,
Nusquam nomē in i, numerosque, notasq; reflecto.
Hinc *duo*, *tres*, *unus*, volumus cum *millia* demi,
Et quæ dat *centum*: testem tibi pone *ducenti*.

Nullum nomen in u variatur in numero singulari, veluti cornu, veru. Nullum nomen in i declinatur: ut gummi, sinapi, nauci. Numerorum cardinalium, i. principalium unde alii inclinantur numeri nomina non declinantur, ut quatuor, quinque, centum, biscentum, mille adjectivum, &c. Hinc excipimus duo, duæ, duo: tres, tria: & principium numeri potius quam numerum, unus, una, unum. Hoc mile unico l, substantivum cujus ablativum mili esset: ut cubili ostendit Macrobius plurale est milia, milium, milibus. Declinantur etiam composita à centum: ut ducenti, trecenti, quadringenti, &c. Nomina literarum, cum dictionibus materialiter (ut loquuntur) positis, aptota sunt, ut a Alpha, g Gamma: magistri. Si dicas magistri est genitivi casus: sed materialiter posita nomina nonnunquam flectuntur: ut ab homine componitur nemo.

BARBARA MVLTA, ID EST, NEC GRÆCA, NEC LATINA.

Barbara

Barbara multa manent non flexa, quibus dato *cepe*,
Pondo, *pedum*, *nequam*, *nugas*, *hir*, *faſque*, *nefaſque*
Nil, *nihil*, *inſtar*, *ador*, *tot*, *quot*, cum prole utriuſque.
Adde *neceſſe* datis, *frit*, *præſtoque*, plurima jungunt
Indocti, ut *Rhemis*: tu Rhemi flectere debes.

Multa Barbara, i. nec Latina, nec Græca, ſunt indeclinabilia: ut Bel, quem noſtri Belum vocitant, fuit primus Aſſyriorum Rex, poſt mortem habitus Deus. Bel. De cepe, quod non declinetur, auctor eſt Priſcianus, *an Onyon*. Cepe. De pondo tantum pluralis numeri Phocas, & eodem teſte, nec pedum declinatur, quod ſignificat baculum paſtoralem, vel virgam incurvam, qua pecudum pedes detinentur, *a Shepheards club*. Pedum. Nequam. Item Nequam, i. ne minimi quidem pretii, *nicked*. Nugas, idem quod nugax & mendax, *a clatterer*. Nugas. Inſtar ſignificat ad æqui parationem, *in lykenesſe*. Inſtar. Virg.

Inſtar montis equum divina Palladis arte
Ædificant, ſectæq; intexunt abiete coſtas.

Ador eſt frumenti ſpecies. Non declinantur etiam tot, quot: & utriuſque compoſita, totidem, quotquot, aliquot neceſſe: & quod idem valet neceſſum. Ador. Frit, nigrum eſt illud in ſumma ſpica jam maturæ minus quam granum, *the blacke in the crop of the corne*. Frit. Præſto idem eſt quod præſens, *preſent*. Præſto. Addictis git, cete, Tempe, Nepet, Cim, ſubtal. Virus venenum eſt & gravis odor, *poyſon*. Multi aptotum eſſe arbitrantur, ſed Diomedes. Phocas & Servius dicunt virus declinari per ſecundam declinationem viri, viro, &c. Barbari cum multis aliis quæ recenſere non libet, jungunt oppidorum & pagorum nomina quæ in is fingunt deſinere: ut Bergis, Brugis. Tu dices plurali terminatione Bergæ, Bergarum, Bergis, Bergas: Rhemi, Rhemorum, Rhemis.

NOMINATIVO SINGVLARI CARENTIA CUM PAUCIS ALIIS.

Vix retinent rectum, *frondis*, cum *fœmine*, *frugis*,
Cum *ditione*, *dapis*, *precis*, & *necis* & *vicis* atque
Remigis, addis *opem* niſi Divam ſignificaris,
Verberis adjicito: *primoris* Servius addit.

Aleo dat rectos, ut *ganeo* jungitur *expes*.
Ganeo vult etiam quartum: *ſatias* dabit ate,
Non *later*, aut *viſcus* cum doctis ferre verebor,
Nex, *remex* & *daps* parcè utens, pulchra putabo.

Ganeo. Frondis, &c. careant nominativo & vocativo. Ganeo, id eſt heluo, *a drunkard and harlot*. Et Aleo, id eſt aleator, *a dycer*: cum Expes, quaſi ſine ſpe, *hopeleſs*: habent nominativum
Satias. & vocativum ſolum. Ganeonem aliquando legitur Satias id eſt ſatietas, *ſatietie*: habet nominativum, & vocativum & abl. ſingularem. Frequens eſt Grammaticis de defectivis diſſenſio, doctiſſimos igitur ſequere, & hoc obſerva: ut
Frondis. raro inventis raro utare. Frondis nonę jam ſignificat onis
Femmis. eſt cum frugis. Virgil. *Frons tenera* dixit. Femmis femmi: ablat. femine. Et pluraliter Femina integrum eſt. Feſtus nominativo femen utitur. Sunt autem Femina interiora: femora exteriora. Ditionis, ditioni, ditionem: abl. ditione,
Ditionis. id eſt poteſtatis aut imperii, *dominion, or empyre*. Dapis dapi, dapem: abl. dape: plurale dapes integrum eſt. Dapes
Dapis. ſunt magnifici aut opipari apparatus ciborum, *delicate meſſes, or cheare*. Precis, preci, precem: abl. prece. Plurali
Necis. preces integrum eſt, id eſt rogationes, *Prayers*. Necis, neci, necem: abl. nece, id eſt mortis, *Slaughter*. Cicero nex dixit, Inſidiatori & latroni quæ poteſt afferri injuſta nex.
Vicis. Vicis, vici, vicem: abl. vice. plurali vices, vicibus. Pluralem genitivum non reperi, & in ſingulari vicis vici rariſſimè leges. Vices ſunt alternationes, *courſe, or tyme about*. Faciam vice tua, id eſt, pro te. Remigis genitivo datus eſt,
Opis. lib. 2. nominativus ex neceſſitate. Opis, opi, opem: abl. ope, id eſt poteſtatis aut auxilii, *helpe*. Plurali opes integrum
Ops. eſt quod ſignificat ſæpiſſime divitias, *Riches*. Ops, opis, quando integrum eſt ſingulare, eſt dea terrę, *Goddeſſe of the Earth*. Verber nominativus cum dativo, verberi rariſſimè leguntur, *a long wand, or ſcourge*. Servius rectè addit quod natura adjectivum eſt primoris, id eſt, primi & principalis. Later & viſcus nominativi frequentiores ſunt doctis, quam ut eorum obliqui à Grammaticis iis privari debeant.

VOCATIVO CARENTIA.

Quærens, diſtribuens, infinitumque, neganſque
Et referens, vocitante carent: pronomen ut omne
Quatuor

Quatuor exceptis, *noſter*, *noſtras*, *meus* & *tu*.

Vocativo carent interrogativa: ut Quis qualis. Diſtributiva: ut quiſque, omnis, cujus plurale omnes collective aliquando capitur, & ſic vocativum habet. Virg. *Duæ, decæ, omnes.* Infinita: ut aliquis, ſiquis. Negativa: ut Nemo, nullus neuter. Relativa: ut Qui, qualis. Omne pronomen præter, tu, meus, noſter, noſtras. Meus invocat mi facit, & meus rariſſime.

¶ Brevem cujuſque horum in uſum puerorum definitionem adjicere viſum eſt, potiſſimum ex Rudimentis ejuſdem auctoris deſumptam. Eſt igitur interrogativum nomen quod cum interrogatione proferitur. Vel eſt quod rei dubiæ, vel tanquam dubiæ poſtulativum eſt.

¶ Diſtributivum autem ſive dividuum eſt, quod à duobus vel pluribus ad ſingulos: vel ad plures in numero pari refertur. Vel diſtributivum eſt ſignum ceu nota diſtributionis.

¶ Infinitum, quod incertum aliquid ſignificat: ut cum dico, Nobiſcum garrulus fuit neſcio quis nebulo.

¶ Negativum eſt quod cum negatione a duobus ad ſingulos: vel à pluribus ad plures refertur.

¶ Relativum nomen quod refert aliquid ante dictum.

SOLI ABLATIVI.

Eſt ablativus nonnullis ſolus in uſu.

Obice, *ſponte*, *diu*, *noctu*, *natu*, *impete*, *juſſu*, *Aſtu*, cum *promptu*, *permiſſu*, *flamine* junge, *Impetis*, & *ſpontis*, *flamen*que leges aliquando.

Quædam in ſingulari numero ſolum ablativum in uſu habent: ut Obice, cujus nominativus apud Grammaticos aliquando ponitur Obex: in plurali obices, & Obicibus ſunt in uſu, Obicum nuſquam inveni. Sponte, i. voluntate propria, & ſumpte natura, *willingly*. Genitivus Spontis etiam eſt in uſu, licet rariore. Diu, id eſt die, *in the day time*. Noctu, id eſt nocte plerumque adverbia ſunt, *in the Night*. Natu, i. nativitate & ætate, *of age*. Hinc major natu, *elder of age*. Maximus natu, *eldeſt*. Impete ab antiquo Nominativo impes, *with force*. Vnde adhuc reperitur genitivus ſingularis impetis. Juſſu, id eſt imperio, *at command*: & permiſſu, id eſt permiſſione, *with tollerance*: vix quicquam in uſu habent præter ablativos juſſu, permiſſu. Hoc juſſum, permiſſum. In plurali hæc juſſa, permiſſa integra ſunt. Aſtu, id eſt, aſtutia calliditate, *by ſubtiltie*. Terent. Aſtu rem tractavit. Promptu, id eſt ma-

Obice. Sponte. Diu. Noctu. Natu. Impete. Juſſu Permiſſu. Aſtu. Promptu.

eſt manifeſto, vel ad manum, *in readineſſe*. Flamine, id eſt flatu, *with blowing*. Plurale flamina integrum eſt, & Cicero uſus eſt nominativo flamen in Aroto.

QVIBVS DESVNT GENITIVVS, DATIVVS, ET ABLATIVVS PLURALES.

Plurali numero cum ſexto tertius abſit.
Et patrius quintæ: *res* atque *dies* capis inde.
Talia ſunt *jus*, *thus*, *æs*, *os*, *far*, *defruta*, *morum*, *Hordea*, *mulſa*, *forum*, *vinum*, *mare*, jungito *rus*, *mel*, *Oribus* & *vinis*, & plura legendo notabis.

Nomina quintæ declinationis in plurali carent genitivo, dativo, & abl. ¶ Excipiuntur à Priſciano tantum duo, res rerum, dies dierum. Cic. oſtendit in Top. minus latinè dici ſpecierum ſpecibus, quorum caſuum apud Dialecticos frequens uſus eſt. Carent ſecundum Grammaticos eiſdem caſibus, jus, thus, os, oris, &c. Defrutum eſt vinum decoctum ad mediam uſque partem, *halfe ſoden wine*. Morum fructus arboris mori, & ruborum, *a berrie*. Hordeum, *Beare*. Mulſum, potus dulcis ex vino & melle, *Meath*. Forum eſt locus ubi publicè emptiones & venditiones fiunt, cauſéque aguntur, *a Market place*. Rus dicuntur agri & villæ extra urbes, *the land and countrey without townes*. Iungi poſſunt vel raro, vel nunquam habentia dictos caſus, hyems, fel, crux, &c. Doctiſſimi tamen oribus & vinis dixerunt, & ſic plura uſurpata invenies.

Defrutum.
Morum.
Hordeum.
Mulſum.
Forum.
Rus.

RELIQVA CERTIS CASIBVS CARENTIA.

Cætera maſculei rectum removeto priorem,
Dic *fors* forte: *lueſque* luem: *malli* dato macte.
Tantundem, ſolum tantidem debet habere.
Cum primo, quartum, quintumq; *ſpecus* petit & *plus*
Pluris, & à pluri neutrum, plurale ſit omne.
Suppetiæ, *inſiciæ* dant quartum: *dica* dat as, am.

Deq.

Deque *veru* veruum, tollunt: *grates* dato fratres.
Gratis, grate leges: *repetundarum* repetundis,
Vis, vis: vim vi dat: quondã has veis nunc fero vires.
Auſim cum magno Fabio bene dicere *tabum*.

Hęc cętera, hoc cętĕrum, nominativum ſingularem maſculini generis in uſu non habet, qui eſſet cæter. Hæc fors, O fors, à forte, i. fortuna, aut eventus, *chance*. Invenies tam ſors quam forte adverbiaſcere. Lues, hanc luem, aliquando etiam ab hac lue, i. contagioſus morbus, *an infecting ſickneſſe*. Lues.

O macte, & pluraliter, O macti quaſi magis aucte, magis aucti, dictiones quibus laudamus cum exhortatione ad virtutem aut gloriam. Virg. 9. Æneid. Macte.

Macte puer virtute nova, ſic itur ad aſtra.

Tantundem, tantidem, tantundem: cętĕris caret. Dicitur quaſi tantum idem, id eſt æque tantum, *even as much*. Specus in nominativo, accuſ. vocativoque dum eſt neutri generis. Specoris, ſpecori, ſpecore, in uſu non ſunt. Hoc plus, hujus pluris, hoc plus, abl. pluri. Plurali hi & hæ plures, & hæc plura, integrum eſt. Hæ ſuppetiæ, has ſuppetias, i. auxilia, *helpe*. Hæ inficiæ, has inficias, i. negationes, *denying*. Eo inficias, i. nego, *I denie*. Hæc dica, hanc dicam, has dicas, i. accuſatio vel cauſſa, *an accuſation, or proceſſe*. Grates ſine genitivo, dativo, vel abl. plurali, in ſingulari ſolum habet genitivum gratis, & abl. grate, & ſignificat gratias, *thanks*. Harum repetundarum, abl. his repetundis tantum, i. pecuniarum aut rerum Principi vel populo ſurreptarum, *goods ſought againe ſtollen from Prince or people*: ut Cic. Verrem accuſavit repetundarium. Vis, hujus vis, hanc vim, ablativo vi. Et pluraliter has veis, apud veteres, nunc ab antiquo ſingulari dicimus has vires, virium, viribus, &c. Hujus tabi, abl. hoc tabo tantum: ut Grammatici volunt. Sed Quintil. in paſtu cadaveris etiam tabum dixit. Caret tamen plurali: ut tabes, cum quo ſaniem, ſanguinemque corruptum ſignificat, *rotten and putrified blood and worſome*. Tantundem. Specus. Suppetiæ. Inficiæ. Dica. Grates. Repetundarum.

PLVRALI NVMERO CARENTIA.

Propria plurali, niſi ſint pluralia tantum,
Cuncta carent: cum menſuratis, herba frutexque,
De ſpecie loquimur: tamen hæc quandoq; leguntur

Plurali

Plurali numero, partes ubi ſignificamus:
Sicut *vina*, *fabæ*. Plurale tenent quoque raro
Abſtractum, nomen quintæ, nomenque elementi.

Plurali numero carent propria nomina quarumcunque rerum, niſi ſint tantum pluralis numeri. Exempla ſunt propria hominum: ut Ioannes, Iacobus, Anna, Phyllis. Montium: ut Oſſa, Olympus. Sic nomina oppidorum, Planetarum, &c. Dixi. Niſi pluralia ſint tantum, propter Athenæ, Gabii, Arraxata, &c. Venetia regio eſt. Venetiæ Venetiarum, Venetiæ urbs: at Argos, hi Argi. Mænulus, hæc Mænula: & huic ſimilia abundantia ſunt, quatenus in ſingulari & plurali idem valent. Item hęc Fidena, hæ Fidenæ: hæc Mycena, vel Mycene Mycenes, vel hæ Mycenæ Mycenarum: & plura oppidorum nomina quorum ſingularia & pluralia ſunt penitus ſynonyma. Galliæ, Galliarum, Hiſpanię Hiſpaniarum dicimus: quia eſt Gallia comata, togata, braccata. Hiſpania ſuperior, inferior. Invenimus etiam in plurali, non quidem propriè ſed appellativè, Iacobi, Scipiones, Hectores, Mecœnates, &c. Secundo plurali carent nomina rerum quæcunque referuntur in pondus vel menſuram: ut nomina metallorum, aurum, plumbum, &c. Nomina frumentorum: ut Triticum, ſiligo, &c. Et leguminum: ut ervum, cannabis, & multa alia: ut Lac, butyrum, lardum, ſevum. Loquimur autem de ſpecialibus: Nam generalia pluraliter declinari nihil impedit: ut Metalla, liquores, frumenta, legumina, &c. Quinetiam ſpecialia in plurali numero quandoque leguntur, ubi partem ſignificare volumus: ut vina, hordea, piſæ vel piſa, fabæ, æra, electra, farra, de fruta, mella: quibus vix ſunt in plurali genitivus, dativus vel ablat. Item herbarum, fruticumque nomina raro pluralem numerum habent: ut Apium, ſiſer. Nonnulla aliquando habent: ut Lolia, Ilia, rotæ, rutæ, cepe, myricæ, geniſtæ, cum multis aliis. Declaranda ſunt nonnulla vocabula hujus regulæ. Metallum eſt omnis dura materia in terræ viſceribus nata, *all kind of mettall*. Nam Plinius etiam lapides vocat metalla. Iſidorus ſeptem ponit nomina metallorum magis vulgata: Aurum, argentum, electrum, ſtannum, plumbum, æs & ferrum: ſub quibus intelliguntur orichalcum & chalybs. Aurum, *Gold* Argentum, *Silver*. Electrum vocatur aurum in quo quinta argenti portio eſt: teſte Plin. lib. 33. *Golde mixt with fift part of ſilver*. Stannum, *Tinne* Plumbum, *Lead*. Æs, *Copper*. Orichalcum eſt æs auri coloris, *Braſſe, or Latten*. Ferrum, *yron*. Chalybs, *Steele*.

Metallum.
Aurum.
Argentũ.
Electrum.
Stannum.
Plumbũ.
Æs.
Orichalcum.
Ferrum.
Chalybs.

Steele. Lardum vel laridum, caro porcina, *Bacon.* Sevum eſt pinguedo cornigerorum animalium, ac una in parte oris dentatorum, *Suet.* Minium eſt terra rubra, *red lead.* Frumentum quod ſpicis continetur. ut hordeum, *all kynde of Corne.* Legumen eſt quod naſcitur in folliculis: ut Faba, piſa, *Peas, Beans, and all ſuch kinds of Corne.* ¶ Plurale tenent quoque raro Sententiæ eſt, Nomina abſtracta, id eſt ſubſtantiva ab adjectivis deducta virtutes ſignificantia aut vitia cum nominibus quintæ declinationis & nominibus elementorum rarò tenent pluralem numerum. Exempla de abſtractis. Iuventus, id eſt ætas juvenilis, *Youth.* Socordia & vecordia, id eſt ſtultitia, *Foolishneſſe.* Sic parſimonia, caſtimonia, memoria, eloquentia, ſapientia, diligentia, negligentia, avaritia, juſtitia, inſania, amentia, paupertas, prudentia, inopia, amicitia: ſed inimitiæ ſæpius pluraliter dicitur. Parcitas, pernicitas, adoleſcentia, pueritia, infantia, clementia, facundia, humilitas ſenium, marcor, canitis, poetica, dialectica, &c. Exempla de nominibus quintæ declinationis: ut Fides, rabies, pernicies, caries, dies pro tempore. Sanies ſanguis corruptus, &c. Exempla de nominibus elementorum terra, aqua, aer, ignis qua (excepto aer) plurale admittunt omnia ubi non totum elementum, ſed aliquas partes Significamus. Habent quoque plurale ex aliis complura: ut ſine dubio dies & res cum pluribus quintæ declinationis nominibus, & multa abſtracta: ideo dixi non ſemper, ſed raro. Ovid. *Vulgus amicitias utilitate probat.*

Lardum.
Sevum.
Minium.
Frumentum.
Legumen
Auſtratum.
Iuventus.
Socordia.
Vecordia.

RARO PLVRALIA.

Maſ. Vix plurale tenent *limus*, cum *ſanguine*, *fumus*,
Et *ſimus*, & *mundus*, *muſcus*, cum *nemine*, *pontus*,
Captorum *carcer*, *ſopor* & *pulvis*, *penus*, *uncus*,
Ceſtus, ceu *cultus* pro auro, *ros* & *genuinus*.
Fœmin. *Gloria*, *fama*, *lues*, *pax*, *galla*, *fames*, *fuga*, *vita*,
Culpa, *ſtrues*, *pix*, *gaza*, *ſalus*, cumque *indole arena*,
Mors, *tuſſis*, *proles*, *tabes*, *labes*, *ſoboleſque*,
Talio cum *cholera ſitis*, atque *humus*, & *pituita*,
Lux, *plebs* jungantur, *pubes*, *contagio*, *bilis*,

Ne,

Nec, *hir*, *cœnum*, *fel*, *pus*, *ver*, *nectar*, *ador*, *nihil*, *hepar*,
Nil, *jubar* & *nihilum*, *gluten*, *vulgus*, *pelaguſque*,
Ævum, *ſal*, *barathrum*, cum *manna*, *mammona*, *paſcha*,
Iuſtitium, *fœnum*, *virus*, cum *mane*, *neceſſum*,
Atque *neceſſe*, *ſalum*, *ſolium*, *faz*, *inſtar* & *halec*,
Adde *nefas*, *letum*, *vitrum*, *viſcum*, atque *macellum*
Et *nitrum*, *ſpicum*, *ſinumque*, *geluque*, *ſolumque*
Atque *lutum*. Sunt his qui longe plura notarunt.
Si bene diſcutias doctorum ſcripta virorum,
Multa ſecus cernes quam lex vult Grammaticorum.

Raro habent pluralem numerum hæc nomina Limus, ſanguis, fimus, &c. Limus, i. cœnum, & terra madida, *ſlime*.

Limus.

Sanguis. Sanguis, in ſacris ſolum pluraliter legitur: ut virum ſanguinum & dolioſum abominabitur dominus.

Fimus. Fimus eſt ſtercus animalium, ſive ſtamen, *dongue*.

Mundus. Mundus, vel mundum, pro omni eo quo ſe ornat mulier: in plurali non reperitur, *a womans attyre*.

Muſcus. Alias apud naturales Philoſophos pluralem habet. Muſcus, lanugo vel herbula viridis in muris, ripis,

Pontus. arboribuſque, *Maske of VValles, or Trees*. Pontus, id eſt,

Carcer. Mare, *the Sea*. Carcer, Captorum locus, *a Priſon*.

Sopor. Sopor, altior ſomnus, *a ſound ſleepe*. Sub Penus, comprehende penum, & penu, idem Significantia, *a Girnell of Victuall*.

Penus.

Vncus. Vncus, inſtrumentum ferreum incurvum, *a Cleike*.

Cæſtus. Cæſtus, per æ diphthongon, eſt lorum quo pugiles pugnam com-

Ceſtus. mittebant a cædendo dictum, *a kynde of VVeapon*. Ceſtus, Sine diphthongon, eſt cingulum ſponſæ nubentis legitimo matrimonio, *a Spouſing Girdle*. Vtrumque in plurali rarum

Cultus. eſt. Cultus, teſte Curio, pro eo quod Vulgo folium Auri

Genuinus. dicitur, *Golde Folye*. Genuinus, dens in extrema gingiva homini ſæpe vigeſimo anno naſcens interdum vigeſimo octavo, *the Chaft Tooth*.

Gloria. Sequentia fœminina ſunt: Gloria.

Fama. Quint. *Conſentiens laus bonorum Gloria appellatur*. Fama, di-

Pax. vulgatus populi ſermo eſt, *Fame*. Pax, a pactione dicitur,

Galla. & eſt concors, quies, *Peace*. Galla, inſtrumentum Sutorum; & fructus quidam arborum, *a Nut Gall*.

Fames. Fames, edendi cupiditas, *Hunger*.

Fuga. Fuga, fugiendi actus, *Flight*.

Vita. Vita, pro modo vivendi pluraliter leges, *Lyfe*. Terent. in

Pix. Adel. *Inſpicere tanquam in ſpeculo hominum vitas jubeo*. Pix, *Picke*.

Picke. Strues, lignorum congeries, *an heape of Wood*. Gaza, eſt quicquid poſſidemus, *Riches*. Indoles, eſt in pueris Significatio quædam futuræ probitatis, *one appearing of diſpoſition of Vertue*: In Viris Signum eſt præſentis virtutis: Et aliquando in malum capitur. Arena, *Sand*. Solus Cæſar, plurali carere dixit, tu libere plurali utitor. Proles, habere plurale, teſtatur Martianus Capella: & eſt fœtus animalis, *the Fruite of Man, or Beaſt*. Labes, ruina, vel macula, *a Spotte*. Soboles, à ſuboleſcendo; id eſt, ſuccreſcendo dicitur, *Succeſſion of Children*. Aſinius Pollio, pulchrè hoc nomine utitur, ſcribens ad Cicer. & robur & ſoboles militum interiit, Siquidem quæ nuntiantur ulla ex parte vera ſunt. Cholera, morbi genus & noxius in corpori humor, *Choler*. Pituita, morbus quidam caput infeſtans, *Flegme, deſcending from the Head: or the Rorpe*. Lux, pluraliter legitur pro diebus luces & lucibus, non lucum aut lucium, *Light*. Pubes proprie eſt lanugo quæ circa pudenda naſcitur, *the Hayre on the ſecret partes*. Contagio, eſt morbi ex contactu propagatio, *Infection*. Iutor neutra plurali carent hæc nomina: Hir, Cœnum, &c. Cœnum eſt lutum, & terra humore reſoluta, *Clay*. Fell, *Gall*. Ver, Anni pars, Martium, Aprilem, & Maium continens, *the Spring tyme*. Nectar, deorum potus dulciſſimus, *the Drinke of the gods*. Nil, Nihil, Nihilum, idem fere valent, *No-thing*. Gluten, Sive glutinum, eſt materia tenax, qua ſoluta corpora conjungimus & unimus, *Glew*: Vtcunque plurali caret. Vulgus maſculine aliquando pluralem habet. Ævum, eſt ætas longa, *a long Age*. Sal maſculine plural. dabit etiam pro condimento. Barathrum, locus Athenis erat unde damnati præcipitabantur, & capitur pro immenſa profunditate, & inferno, *a deepe Gulfe, or Hell*. Iuſtitium, quaſi juris, ſtatio dicitur, & eſt juris dicendi intermiſſio, *Vacants*. Fœnum eſt notum pabulum, Sic dictum quod Sine cultura, quaſi cum fœnore proveniat, *Haye*. Mane, eſt matutinum tempus, *the Morning*. Neceſſe, vel neceſſum dicitur, in quo ceſſandum non eſt, *Neceſſarie*. Salum, eſt Mare, *the Sea*. Solium, ſella Regia, *the Kinges Seate*. Letum, Sine Diphthongo, & Aſpiratione, ut Priſcianus vult ſcribendum, Mortem Significat, *Death*. Vitrum, ubi parteis Significamus, Plurali reperitur, *Glaſſe*. Viſcum, vel Maſculine Viſcus, utrumque Sine Plurali, eſt Glutinum, quo Aves capiuntur, *Birde lyme*. Macellum, locus ubi obſonia venduntur quæcunque, non ſolum Carnes, *the Fleſh, or Fiſh, Market*. Euclio apud Plautum, in Aulul.

Strues. Gaza. *Indoles.* *Arena.* *Proles.* *Labes.* *Soboles.* *Cholera.* *Pituita.* *Lux.* *Pubes.* *Contagio.* *Cœnum.* *Fel.* *Ver.* *Nectar.* *Nil.* *Nihil.* *Gluten.* *Vulgus.* *Ævum.* *Sal.* *Barathrum.* *Iuſtitium* *Fœnum.* *Mane.* *Neceſſe.* *Salum.* *Solium.* *Letum.* *Vitrum.* *Viſcum.* *Viſcus.* *Macellum.*

Venio

Venio ad Macellum, rogito Piſces, indicant
Caros, agninam Caram, Caram bubulam,
Vitulinam, Cetum, Porcinam, Cara omnia,
Atque eo fiebant cariora, ea non erat.

Nitrum. Nitrum, Salis ſpecies, quo ſordes corporum veſtiumque purgantur, *Salt-Peter.*

Spicum. Spicum, acumen ad ſpicæ Similitudinem.

Sinum. Sinum, vel Sinus, vaſculum ventrioſum eſt, & accipitur pro flaſco, *a Boſome, or a bowked Veſſell.* Plaut. *Hic cum Vino ſinus ſertur.*

Gelu. Gelu, frigus aut glacies, *Froſt.* Iurge dictis unuſquiſque. Iungenda cenſent alii plura. Sed in hoc pierique falluntur, quod in duobus aut tribus auctoribus non reperta, nuſquam inveniri ideo clamitant. Itaque Siqua dixero carere aliquo vel caſu vel numero, tantiſper ab illo abſtineas cum è clariſs auctoribus me falſum deprehendes, & tum illos imitare, hac obſervantia tamen, ne raro invenias affectate utendum putes.

Admonitio.

SINGVLARI NVMERO CARENTIA.

Diſtribuens numerus cum *cardine*, *feſta*, *librique*,
Cum *ludis*, *urbs*, multa carent numero iſta priore
Dant quidam libri numerum tantummodo primum

Numeri diſtributivi, ut Bini, Terni, carent Singulari numero, niſi *Singulariter* pro numero cardinali ponantur: ut Septeno gurgite, pro ſeptem gurgitibus, apud Virgil. *Septuageno* coitu, apud Plin. Numeri cardinales: ut Duo, tres, quatuor, &c. Sub his continentur totidem aliquot, quot. Vnus principium numeri eſt non numerus. Tertio nomina feſtorum Singulari numero carent: ut Vulcanalia, Bacchanalia, *Saturnalia*, Opalia, Vinalia, Neptunalia. Quinquatria, Megaleſia, Floralia, Liberalia, Feralia, & cætera Feſtorum nomina. Horum quædam quorum deorum, aut dearum fuerint derivatio indicat: ut Vulcanalia, Feſta Vulcani, *the Feaſt of god Vulcanus.* Floralia, Floræ deæ Feſta, vel ludi, *the Feaſt or Play of the goddeſſe Flora.* Vinalia, autem erant, quibus Iovi novum vinum libabant. Quinquatria, quinque diebus Palladi fiebant. Megaleſia, Feſta erant & ludi magnæ matris deorum: Sed ludi ſapiùs Megalenſes dicuntur. Feralia, à ferendis in ſepulchra epulis dicta ſunt, teſte Varrone, *the Feaſtes of the Dead.* Horum declinatio patet ex 2. Lib. ut Parentalia, perentalium, vel parentaliorum, parentalibus: Feria

Feſtorum nomina.

Vulcanalia.

Floralia.

Quinquatria.

Megaleſia.

Feralia.

riæ quæ parentibus defunctis fiunt, *the feasts of the parents departed*. Nonnulla totam malunt sequi secundam declinationem: ut repotia, repotiorum, repotiis celebrantur cum postride nuptias apud novum maritum quasi renovatur potatio, *drinkings, or banquets the morne after the marriage*. Item festorum nomina sunt Latinæ & Neomenę. Quarto singulari carent multa librorum nomina: ut Georgica, Bucolica, Chronica, Biblia, Rhetorica, Rhetoricorum. Nam Rhetorica Rhetoricæ, ipsa ars est bene ornatèque dicendi: Grammatica Grammaticorum non dici notat Lancilotus. Quinto ludorum nomina: ut Apollinares, circenses, quinquatres. Circenses dicti sunt quod in circo fiebant. Sexto multa oppidorum aut pagorum nomina: ut Parisii, Thebæ, Artaxata, Hierosolyma. Invenies etiam in singulari Hierosolyma Hierosolymæ, apud Suetonium & Tacit. contra Vall.

Masculina Pluralia Tantum.

Masculei generis sunt hæc pluralia tantum,
Annales, *sentes*, *cancelli*, *liberi*, *amores*:
Vepres, *carceribus*, *Luceres*, *cani*, *Lemures*: do:
Furfuribus, *geminis*, *natales*, *Cœlitibus*: ceu
Manes & *cassis*, *superi*, *loculi* atque *penates*:
Cuique prius foret as: *majores* atque *minores*:
Primores, *fasti* vel *fastus*, adde quirites
Et *pugillares*, *Seres*, *Careſque*, *faleſque*:
Atque *lares*, *pisces* signum, ceu *menstrua menses*,
Atque *fori*, *fasces*, *proceres*: sic *posteri* & *antes*,
Mores, *inferi*, & *ambo* dabis: sic *codique cilli*:
Interdum numero potientur pauca priore.

Masculina tantum pluralia sunt: Annales, sentes, cancelli, &c. quorum nonnulla aliquando reperiuntur in numero singulari: quæ nec penitus refugiemus, neque affectabimus. Sentes teste Phoca dicuntur spinę: quod quam citissime sentiantur, *Thornes*. Cancelli, ligna vel ferramenta modicis intervallis distantia: ut in fenestris, *Turleises*. Liberi filii vel filię, & aliquando unicus filius vel filia, *Children*. Amores pro turpibus & venereis, *filthy love*. Nisi adjectivo distingu- Sentes. Cancelli. Liberi. Amores.

Vepres. distinguantur, veluti honesti amores. Vepres rubus aut
Carceres. spina, *a Brier*. Carceres, unde equi incipiunt cursum, *the place where Horse begin their race*. In hac significatione reperitur etiam singulariter. Cic. A carcere ad calcem revocari.
Luceres. Luceres, nobiles quidam Romani, *certaine Gentlemen of Rome*.
Cani. Vt Tatienses, Quintilii, Fabii. Cani, albi capilli in senectute, *white haire*. Lemures, larvæ & terrificationes nocturnę,
Lemures. *Bogils and Ghosts*. Furfures, pustulę quę ex capite resolvuntur, *lumps in the head*. Pro purgamento farinæ etiam singulariter dixit Serenus. *Additur excessus niveæ similagine furfur*.
Furfures. Gemini & gemelli fratres uno tempore nati, *Twinnes*.
Gemini. Natales generis nobilitas aut nascendi conditio, *Nobilitie of blood*. Natalis, in singulari est dies quo quis nascitur. Cœlites, id est Cœlicolæ & ex hominibus dii, *Saints in Heaven*.
Natales. Manes, animæ defunctorum & dii inferi, *the soules departed*.
Cœlites. Casses retia, *grimes*. Superi, cœlites, vel nos respectu Antipodum, *they that are in Heaven*. Inferi qui tartara incolunt vel
Manes. Antip. *they that are in Hell*. Posteri, post nos venturi, *our successours*. Loculi, sacculi pecuniarii, *Bags*. Penates, dii penetrales, quos suæ quisque domi colit, & pro domo capitur, *house gods, or the house*. Item pluralia tantum sunt quædam quæ in
Casses. as definerent, si singularem numerum haberent; ut primates, Optimates, &c. Sunt autem primates civium primi, *the principals of the people*. Optimates, probissimi, *the head-man of a towne*. Summates sunt civium summi, *the chiefe of a Realme, or Citie*. Infimates, infimi, *the inferiour people*. Item hæc: Majores, antiqui qui ante nos fuerunt, *our elders*. Minores, posteri, *our successours*. Primores communis generis, quia naturam habet adjectivi: ut meminimus supra, *the first partes of any thing*. Tac. Erat Othoni celebre convivium primoribus fœminis virisque. Neutrum est apud Cicer. 1. Orato. Ne primoribus quidem labris attigissent. Reperitur sępè singulariter. Gellius Primore aspectu. Idem. Si me non fallit,
Superi. quod quidem in primori Pueritia legerem. Fasti fastorum, vel fastus fastuum, liber est in quo totius anni res Romanæ, & caussæ festorum explicantur, *festuall bookes*. Quirites sunt
Inferi. Romani, à Quirino, id est Romulo, *the people of Rome*. Pugillares, tabellæ quibus inscribimus, *writing tables*. Pro eodem dicimus pugillaria, pugillarium, pugillaribus, & reperitur utrumque aliquando in singulari. Seres & Cares populorum nomina sunt. Sales sunt urbanitates, & dicta ad delectationem composita, *merrie and joyous wordes*. Reperitur in hoc significatu sæpissimè singulariter. Catul. *Nulla in tam magno corpore mica salis*.
Posteri.
Loculi.
Penates.
Primates.
Optimates.
Summates.
Majores.
Minores.
Primores.
Fasti.
Quirites.
Pugillares.
Seres.
Cares.
Sales.

Cicero. P. Scipio omne sale facetiisque superabat: Lares

res dii domeſtici, & ipſa quandoque domus, *Houſe-holde gods, or the houſe.* Piſces, ſignum cœleſte, *one of the ſignes.* Menſes, pro menſtruis, ſingulari caret. Plinius: Cujus ſemen menſes, & urinam ciet. Fori pars navis, qua à prora in puppim diſcurritur, *the hatches of a Ship.* Cicero cum alii malos ſcandant: alii per foros curſitent: alii ſentinam exhauriant. Faſces conſulatus aut prætura, quia virgarum faſces ante magiſtratus portabantur, *the offices of the Noblemen of Rome.* Proceres ſunt capita urbium & excellentiores urbis viri, *the heads and rulers of a Towne.* Antes ſulci & vitium ordines, *the vtter pillars of an houſe, or firſt rankes of Vines.*

Lares. Piſces. Menſes. Fori. Faſces. Procres. Antes.

Virg. *Iam canit extremos effatus vimtor antes.*

Mores teſte Diomede, pro vitæ modo, nam & boni & mali mores dicuntur, *manners.* Sic codiquecilli, id eſt codicilli. Tmeſis metri gratia. Sunt autem codicilli epiſtolæ & libelli, *Epiſtles, or Bookes.* Sulp. Ciceroni. puer mihi obviam venit cum codicillis: Iuriſconſulti aliter uſurpant. Addunt quidam plura: ut Aborigines, antiqui Italiæ populi, *a people of Italie.* Ludi pro ſpectaculis, *common playes.*

Mores. Codicilli. Aborigines. Ludi.

Fœminina Pluralia Tantum.

Hæc muliebria ſunt tantum pluralia, *grates,*
Suppetiæ, cunæ, charites, latebræ, phaleræque,
Antiæ & *ambages, Alpes, argutiæ* & *ædes,*
Præſtigiæ, exquiliæ, bigæ, cum fratribus, *Idus,*
Et *decimæ, inficiæ, nugæ, ſcalæque, foreſque,*
Copiæ & *antennæ, Gades, diræ* atque *kalenda,*
Feriæ & *exequiæ, gingivæ, literæ* & *antæ.*
Et *decretales, inimicitiæ,* quoque & *aræ,*
Næniæ & *illecebræ; genæ, opes, nonæ,* atque *tenebræ,*
Exuviæ, induviæ, paleæ, ſalebræ, ſcatebræque:
Cum *valvis, tricæ, thermæ:* cum *naribus,* atque
Blanditiis & *compedibus,* cum *ſordibus:* adde
Clitellæ, ſortes, fortunæ, divitiæque,
Gratiæ, & *inſidiæ:* ſic *cantes, relliquiæque.*

Quiſquiliæ, lactes, mappæque, minæque, plagæque,
Nuptiæ & excubiæ cum primis, primitiiſque,
Inferiæ & ſcopæ: partes ſi factio fiat.
Cætera vix verſu contingit dicere: verum
Interdum numero potientur pauca priore.

Hæc fœminina carent ſingulari, ut dicunt Grammatici. Ego vero horum quædam ſæpicule ſingulariter flexa notavi.

Cunæ. Cunę infantium lectuli, *Cradles.* Charites gratię, *the three*
Charitas. *Goddeſſes.* Latebræ loca ubi homines ſe occultant, *derne and*
Latebrę. *hid places.* Phaleræ equorum ornamenta, *the Horſe harneſſing.*
Phalerę. Anticę capilli demiſſi in frontem, *rowles of haire on the foreheads*
Anticæ. *of women.* Ambages, verborum circuitio, *bougates.* Alpes
Ambages montes ſunt Italiam terminantes, *Mountaines.* Argutię ſub-
Alpes. tilitates & acutè malitioſeque dictum aut factum, *naughtie*
Argutiæ. *ſubtilities.* Ædes pro palatio, ut ædes Neronianæ, & pro pri-
Ædes. vata domo, *a palace, or Innes.* Quando ſingularem habet templum ſignificat, ſed ferè ſemper cum adjectione, ut
Præſtigiæ. ædes ſacra, ædes Iovis. Præſtigiæ, oculorum illuſio per incantationem, vel dexteritatem, celeritatem, agilitatemque,
Exquiliæ. *Juglarie.* Iuveniuntur etiam præſtigia præſtigiorum. Exquiliæ, mons Romanus, id eſt mons Exquilinus, *a mountaine of*
Bigæ. *Rome.* Bigæ, cum fratribus, id eſt, cum iis quæ ejuſdem ſunt
Trigæ. originis, ut Trigæ, quadrigæ, &c. Bigæ currus à duobus
Quadri- equis tractus, *a Cart with two horſes.* Trigæ, à tribus, *a Cart with*
gæ. *three horſes.* Quadrigæ, à quatuor, *a Cart with foure horſes.*
Sejugæ. Sejugę, a ſex, *with ſixe horſes.* Monigę ab unico, *with one horſe.*
Monigæ. Capiuntur etiam pro ipſis equis, & reperiuntur ſæpe ſingulariter contra Grammaticorum legem, quæ exigit, teſte Servio, ut nomina ſignificantia res ex plurimis conſtantes.
Decimæ. ſingulari careant, ut Bigę, Scalę, Scopæ. Decimæ, pars
Nugæ. decima, *tithes.* Nugæ, mendacia & res frivolæ, *clatters.* Scalæ,
Scalæ. quæ latiores habent gradus, & immobiles permanent, *a*
Scala. *ſtanding ladder.* Scala eſt quę ex teretibus lignis, aliave materia conſtructa, huc atque illuc tranſferri poteſt. Differentia plerunque non attenditur, & plurali ſæpius utimur.
Copię. Fores januæ, *the gates.* Copiæ, pro exercitu, *an Hoſte.* Anten-
Antennæ. næ, lignum ex tranſverſo mali navalis poſitum, vnde pendent vela, *the Rea.* Gades, duæ ſunt inſulæ in extremo no-
Gades. ſtri orbis, verſus Occidentem, ubi Europa ab Africa divi-
Diræ. ditur. Diræ, furiæ inferni, *goddeſſes of Hell.* Kalendæ primus
Kalendæ. dies cujuſlibet menſis, *the firſt Day of the Moneth.* Feriæ, dies
Feriæ. feſtj

festi ac feriati, *holy dayes*. Vulgus contra Latinè loquentium consuetudinem, dicit Feria secunda, Feria tertia, &c. Exequiæ, funebre officium, *Funerals for the dead*. Gingivæ, caro in qua dentes gignuntur, *the chaftes*. Literæ, id est Epistolæ & Disciplinæ quæ literarum Monumentis mendata sunt, *Epistles and Sciences*. Antæ, lapides qui utrunque latus ostii muniunt, *the jambes of a doore, or Port*. Decretales, Pontificum constitutiones, *the Decretes of Bishops*. Inimicitiæ, proculdubio singulariter invenitur, *unfriendship*. Cicero, 4. Tusculanarum. Inimicitia est ira ulciscendi tempus observans. Aræ pro penatibus, teste Diomede, *house gods*. Neniæ, carmen funebre proprie est, *a doole song*: & capitur pro quovis incpto cantu aut sermone. Illecebræ, blanditiæ sunt ad aliquid allicientes, *Entysementes*. Frequens est in singulari. Cicero pro Milone. Quis ignorat maximam illecebram esse peccandi, impunitatis spem? Genæ, partes capitis inter malas & auriculas, *the Cheekes*. Opes pro divitiis, *Riches*. Nonæ, dies quidam in mense, *certaine dayes of every Moneth*. Tenebræ, obscuritas, caligo, *darkneſſe*. Exuviæ, spolia hostibus detracta, *spoyle of enemies*. Induviæ, indumenta, *garments*. Paleæ, *Chaffe*. Salebræ, loca aspera vel aquosa per quæ salire oportet, *irkesome passages*. Scatebræ, ebullitiones aquæ surgentis, *Fountaines*. Valvæ januæ quæ in se replicantur, *folded doores*. Tricæ, capilli sunt qui pedibus pullorum gallinaceorum involuti gressum impediunt. Capitur pro re nihili, *trifles and naughtie impedimentes*: ut Apinæ, quod etiam singulari caret. Thermæ, balnea calefactoria, *hote ſtoves*. Nares, nasi spiramina, *the noſtrils*. Blanditiæ blandimenta, *flattering words*. Compedes, pedum vincula, *Fetters*. Sordes, immunditia & avaritia, *filth, or avarice*. Clitellæ, instrumentum quibus farcina in equis aut mulis portantur, *a Packe-ſaddle*. Sortes, id est, oraculum & Dei responsum, *The Oracles of the gods*. Fortunæ sunt divitiæ, aut alia etiam bona, *Riches, or Subſtance*. Terent. *Omnes laudabant fortunas meas, qui gnatum haberem tali ingenio praditum.*

Gingivæ.
Literæ.
Decretales.
Inimicitiæ.
Aræ.
Neniæ.
Illecebræ.
Genæ.
Opes.
Nonæ.
Tenebræ.
Induviæ.
Paleæ.
Salebræ.
Scatebræ.
Valvæ.
Tricæ.
Thermæ.
Nares.
Blanditiæ.
Compedes.
Sordes.
Clitellæ.
Sortes.
Fortunæ.

Gratiæ, deæ quædam, *goddeſſes of friendſhip*. Insidiæ laquei & occulti doli, dolosaque expectatio ad aggrediendum aliquem, *craftie watchinges*. Cantes, organorum fistulæ, *pipes of Organes*. Reliquiæ & causa metri relliquiæ, quicquid ex aliqua re supereſt vel restat, *the remains of any thing*. Quisquiliæ, quicquid ex arboribus minutis surculorum, foliorumque cadit, & purgamenta terrarum, *falling leaves from trees, or other naughtie thinges*.

Gratiæ.
Cantes.
Reliquiæ.
Quisquiliæ.

Lactes. Lactes inteſtina per quæ cibus labitur, propriè in homine & ove: ut indicat Pim. *the tripes.* Mappæ frequens eſt in ſingulari. Horat. ------- *Ne turpe toral ne ſordida mappa*
------ *Corrumpat nares.*

Dicitur etiam mappum, & eſt quod ſternitur ſuper menſam, *a Table cloath.* Minæ, i. minationes, *threatnings, or battalings of walls.* Plagæ pro reti tantum, *nets for wilde beaſts.* Nuptiæ, legittima maris & fœmine conjunctio, *Marriage.* Excubiæ, vigiliæ militum, *watches.* Primæ, i. primæ partes, *the firſt place.* Sic ſecundæ, ſignificat ſecundas partes, *the ſecond place.* Cicero in oratore. Quis unquam dubitavit quin in Republica noſtra primas eloquentia tenuerit ſemper, ſecundas juris ſcientia? Primitiæ, quæ in aliqua re ſunt prima & principalia, *the firſt Fruites.* Inferiæ, ſacra defunctorum & exequiæ, *ſacrifices for dead, or to the infernall gods.* Scopæ, verriculum quo domus mundatur, *a beſome.* Partes pro factione. Iunguntur his omnibus pauca alia: ut Ceremoniæ, omne ſacrificiorum genus, *Ceremonies.* Minutiæ, partes partium, *ſmall bits.* Offuciæ, verba detrahentia, & fallaciæ, *craftie deceits.* Manubiæ, pecunia ex vendita præda, *a prey, or booting.* Facetiæ. Facetiæ, verborum rerumque urbanitas, *merrie wordes, or deeds.* Fidiculæ. Fidiculæ, funes quibus torquentur ſontes, *a kinde of torment with cords.* Fidicula fidicula, *a Gitterne, or a Lute.*

Mappæ. Minæ. Plagæ. Nuptiæ. Excubiæ. Prima. Secundæ. Primitiæ. Inferiæ. Scopæ. Partes. Offuciæ. Manubiæ. Facetiæ. Fidiculæ. Fidicula.

NEVTRA PLVRALIA TANTVM.

Tantum pluralis numeri ſunt neutra, *juga, arma,*
Seria eum voſtris, effata, crepundia, Bactra,
Exta, cibaria, teſqua, Ceraunia, claſſica, luſtra,
Cum *caſtris, flabris, cunabula, juſta, pudenda,*
Tranſtra, verenda, bonis, & *munia,* do *paraphernis,*
Aulæis, lachanis, libis, comitia: lector
Addes, cum *ſpoliis, præcordia:* ſunto ſecundæ.
Hæc *carcheſia,* uti *vinacea,* & *oſtia, ſerta,*
Oſtrea Grammatici *bellaria,* pluraque jungunt.
Ilia ſit ternæ, ceu *lumina, mœnia,* ſicut
Pugillaria, uti *ſponſalia: milia* junge.
Et *vetera,* atque *mapalia:* ſic *magalia* flecto:

Plura,

Pluraque perfacilis melius quæ proſa recludet.
Interdum numero potientur pauca priore.

Neutra tantum pluralia ſunt, Iuga, Arma, &c. Quorum pauca in gularem numerum quandoque habent. Iuga montium cacumina, *tops of Mountaines*. Invenitur quandoque in hac ſignificantia ſingulariter. Arma ſunt quibus præliamur, & cujuſque artificis inſtrumenta, *weapons*. Seria, res graves non jocoſæ, *earneſt matters*. Roſtra locus Romæ in quo concionabantur, roſtris hoſtilium navium ornatus, *a place in Rome where the Orators made their Orations*. Effata ultimæ augurum precationes, *the laſt prayers of Divinours*. Crepundia, reculæ pueris ludendi gratia datæ, *childrens puppets*: ut enſiculi, puppæ, imagunculę. Bactra, populus in Scythia & ipſa regio in eaque regione urbs, *a people of Scythia*. Exta, inteſtina quæ maxime extant eminentque; ut Cor, Hepar, *intrals*. Cibaria, eſculenta lautiora, *delicate meates*. Teſqua loca aſpera, difficilia, deſerta & inculta, *deſert and difficill places*. Ceraunia, montes Epiri. Claſſica concentus tubarum & ipſæ Tubę, *Trumpets*. Luſtra ferarum cubilia, *dennes of beaſts*: in ſingul. quinquennium. Caſtra, loca ſunt in quibus milites tentoria figunt, *a campe where an hoſt remaineth*. Huic junguntur æſtiva, hiberna, ſtativa. Flabra ventorum flatus, *blowing of winde*. Flabrum, inſtrumentum quo flabra fiunt, *a wind fan*. Cunabula, & ſimiliter incunabula ſunt cunæ, *a cradle*: & rerum primordia. Iuſta, exequiæ, *funerall ſacrifices*. Pudenda & verenda ex adjectivis in ſubſtantiva tranſierunt, quia intelligimus membra ſemper, *the ſecret members*. Tranſtra, ſedilia in navibus, *the ſeat of a ſhip*. Bona pro divitiis, *goods or riches*. Munia, gravamina popularia & officia, *common offices, or charges*. Parapherna, præter dotem data fœminis, *womans jewels*. Aulæa picturata ſunt e panno ornamenta quibus in ditiorum domibus parietes veſtiuntur, *tapeſtries*. Lachana omne oleris genus, *all kind of eating herbs*. Liba panis dulciarii genus, *a loafe*. Comitia, conventus populi ad magiſtratus creandos, pro ipſa magiſtratus electione ſemper pluraliter dicitur, *a Convention for chooſing of Magiſtrates, or a Parliament*. Pro loco autem ubi comitia celebrantur, dicitur comitium frequenter. Spolia propriè ſunt quæcunque hoſtibus detrahuntur, *ſpoile of enemies*. Præcordia, cartilago circa cor, *the intrals*. Carcheſia dicunt eſſe foramina in malo accipientia funes, *the holie of the maſt where the ſhrouds are faſtened*. Macrobius refert carcheſium ſummam eſſe veli navalis partem, & poculum procerum

Inga.
Arma.
Seria.
Roſtra.
Effata.
Crepundia.
Bactra.
Exta.
Cibaria.
Teſqua.
Ceraunia.
Claſſica.
Luſtra.
Caſtra.
Flabra.
Cunabula.
Incunabula.
Iuſta.
Pudenda.
Tranſtra.
Bona.
Munia.
Parapherna.
Lachana.
Liba.
Comitia.
Spolia.
Præcordia.
Carcheſia
Carcheſium.

rum circa mediam partem compressum: ansa à summo ad infimum pertingente. Vinacea, tolliculi sunt uvæ jam pressæ,
Vinacea. Ostia. *kirnels of wine pressed.* Ostia patentes fluviorum aditus, *the mouth of rivers.*
Serta. Serta, corona ex floribus, *hats of flowers.*
Ostrea. Ostrea conchæ, asperam scabramque testam habentes, *Oysters.*
Bellaria. Invenitur etiam fœminine, & sæpius in plurali quam in singulari: ut Ostreæ ostrearum. Bellaria secunda mensa: ut poma placentæ ad irritandum gulam, *desert after meat.* Græce Tragemmata & Pemmata dicuntur. Omnia nomina jam dicta
Ilia. secundæ declinat. sunt sequentia vero tertiæ: ut Ilia, quod tamen ipsum per secundam quandoque invenitur. Sunt autem Ilia, teste Plinio, arteriæ quædam inter vesicam & alvum ad pubem tendentes, & hęc sunt ilia interiora. Vocant etiam ilia inferiores laterum partes: quas respiratio
Lumina. præcipuè concutit. Lumina pro oculis tantum est in singulari, *the eyes.*
Mœnia. Mœnia quæ urbem cingunt, *walls of a Towne.*
Sponsalia. Sponsalia, genitivo sponsalium, vel per secundam sponsaliorum, dativo sponsalibus, sunt futurarum nuptiarum promissio, *spousage or wedding.*
Milia. Milia pro miliari, *a Mile.*
Vetera. Vetera pro loco quodam frequens in Tacito.
Mapalia. Mapalia, tuguria rusticorum, *Countrey lodges.* Magalia idem. Addi his possunt plurialia in singulari rarius inventa, tam secundæ declinationis:
Lemuria. ut Vivaria, tripudia, scuta, multitia, quàm tertiæ: ut Lemuria, penetralia. Palearia pro pelle, a collo bovis dependente. Nam pro locis ubi reponuntur paleæ, ad secundam delinationem pertinent, habetque Singulare non frequens palearium. Carent etiam Singulari neutra quædam indeclinabilia. ut
Tempe. Tempe, & Ponda. Tempe, Thessaliæ loca sunt amœnissima, *pleasant places in Thessalie.* Abusivè quæcunque loca quibus Nemora præsertim, & Sylvæ gratiam addunt, Tempe vocamus.

ABUNDANTIA.

Multiplex uno sensu dicatur abundans:
***Tignus* vel *tignum* sit testis, *pisaque pisum*;**
Cum penè innumeris, quæ lectio multa docebit.

Nomen Abundans, est, quod in eadem Significatione, Multifariam effertur, & diversa habet accidentia: ut Tignis, vel tignum, est quævis trabs in ædificio, & proprie cui tectum innititur, *the chiefe Balke of an House.* Talia sunt multiplicia, de quibus ponam modos aliquot.

Primò quædam sola terminatione abundant, arbos arbor. Planeta planetes, 2. Quędam sola declinatione. Laurus, lauri,

lauri vel laurus. 3. Solo genere ſicuti dubia omnia. 4. Terminatione & declinat. ſimul: ut Caſſis idis, vel caſſida æ, Maceria vel macies. 5. Declinatione & genere, ut hic vel hæc ficus ci: & hæc ficus, hujus ficus. 6. Terminatione & genere: ut hic ſyngraphus phi, hæc ſyngrapha phę. Hic tonitrus & hoc tonitru. 7. Quædam caſibus diverſis in declinatione, genere & terminat. iiſdem abundant. Chremes etis vel chremis. Sic feſtorum nomina in genitivis pluralibus Vulcanaliorum vel ium. 8. Quædam ſub eadem ſignificatione diverſis numeris efferuntur. Fidena næ, vel fidenæ arum, & quæ talia permulta apud probatos Authores eſt legere, Sed quia eorum numerus eſt maximus quæ terminatione plurifariam inveniuntur, paucula ſubjiciam.

A

Alluvium. Alluvium vel alluvio vel alluvies, hujus alluvii, i. in moderata aquarum violentia & affluxio, *a ſpait of water*.

Angiportus. Angiportus vel angiportum, i. via, viculus aut plateola inter domos una parte exitum non habens, *a little row or cloſe*.

Abrotanus. Abrotanus vel abrotanum, herba quædam, *ſoutherne wood*.

Amygdalum. Hoc Amygdalum, vel hæc amygdala, hujus amygdalę, pro fructu arboris amygdali, *an Almond*.

Aranea. Arenea, vel areneus, animalculum retiâ Muſcis tendens, *an Etter-cop*.

Adagium. Adagium, vel Adagio; Proverbium, *a Proverbe*.

Anapis. Anapis vel Anapus, nomen Fluvii, *a River of Sicile*.

Ambago. Ambago, vel Ambages: ſed rarius in Singulari.

Acinus. Acinus, vel Acina, Acinæ: vel frequentius Acinum, eſt fructus minutior arboris, aut fruticis: ut grana uvæ vel hederæ, *little kirnels in Raſons, Apples, and other Fruites*.

Adam. Adamas vel Adamus.

Abraham. Abraham, vel Abrahamus.

Arar. Arar, vel Araris.

B

Baculus. Baculus, vel (ſine plurali) Baculum.

Baptiſmus. Baptiſmus, vel Baptiſmum. Baptiſma, id eſt, ablutio, *Baptiſme, or waſhing*.

Buccina. Buccina, vel Buccinum, Tuba, *a Trumpet*.

Buxus. Buxus, vel Buxum, arbor, *a Buſh tree*. Serv. in 12. Æneid. deridet eos qui dicunt Buxus arbor eſt, & Buxum lignum.

Balteus. Balteus, vel Balteum; militare cingulum, & zona bullis ornata, *a Sword Belt, or a ſtoothed Girdle*. Perſ. ---- *Ilia ſubter*
Cæcum vulnus habet, ſed lato Balteus auro
Protegit ----

C

Curriculus. Curriculus, vel curriculum, id eſt curſus, vel currus, vel ſpatium in quo curritur, *a little Chariot, or a running place*.

Carrus. Carrus, vel carra, vel carruca, vehiculi genus, *a Chariot*.

Cubitus. Cubitus, vel cubitum, brachii pars, & menſura quædam, *the Elboare, or the meaſure of a foot and an halfe*.

Cōmentarius. Commentarius, vel cōmentarium, liber rerum ſummas continens, libriąue expoſitio, *an abridgement, or expoſition of a Booke*.

criſtallus. Cryſtallum, vel cryſtallus, *cryſtall*.

Cōſortiū. Conſortium vel conſortio, i. ſocietas, *company, or fellonſhip*.

Colluviū. Colluvium vel colluvio vel colluvies, ſordium collectio, *an*

Capo.
Clypeus. *heape of filth, or ſtinke.* Capo vel capus, gallus caſtratus, *a*
Calcaneus. *capon.* Clypeus vel clypeum ſcutum, *a Buckler.* Calcaneus vel
Coloſtrũ. calcaneum, extremitas calcis, *the Heele.* Coloſtrum vel coloſtra
Cõpago. lac ſtatim à partu denſum, *the firſt milke after the birth.* Com-
Clathrus. pago vel compages, idem eſt quod compactio, *a joyning to-*
Cepa. *gether.* Cavilla cavillum cavilli, jocoſa quædam irriſio, *a*
Ceraſus. *merrie mocke.* Apuleius dicit etiam cavillus. Conclave vel
Cõtages. conclavium, domus pars undique concluſa, nec cuivis per-
D via, *a ſecret Chamber.* Plautus in Aulularia. Conclavium mi-
Dictãnus. hi pervium facitis. Clathrus vel clathrum, lignum eſt quo
Dipõdius. tranſverſo clauditur aliquid: ut feneſtra vel cavea, *a Barre.*
Diluviũ. Cepa vel cepe, herba eſt, cujus radicis caput lachrymas ex-
E cutit edenti, *an Onyon.* Ceraſus vel ceraſum pro fructu, *a Cherrie.*
Eventus. Propert. *Hic dulces ceraſos, hic autumnalia poma.*
F Contages vel contagio, vel contagium, *a contagious ſickneſſe.*
Fundum. Dictamnus vel dictamnum, herba quædam, *a kind of herbe.*
Fretum. Dipondius vel dipondium, duo pondo, *two pounds.* Diluvium
G vel diluvies, inundatio, quia varie diluit, lavat & reſolvit, *a*
Guttus. *ſpait of water.* Eventus vel eventum, quicquid caſu aut for-
Galerus tunale venit, *chance.* Fundum vel fundus, pro agro, *land, or*
Galea. *ground:* ſed fundum ſæpius pro imo rei capitur, *the bottome of*
Gobio. *ane thing.* Fretum vel fretus, per quartam declinationem, id
H eſt mare, *the Sea.* Lucret. teſte Priſc. *Auguſtoq́ fretu rapi-*
Hebenus. *dum mare dividit undis.* Lucretium imitatus videtur Cicero
Helleboro- quinto in Verrem. Peranguſto inquit, fretu diviſa. Guttus
rus. vel guttum, vas ex cujus ore anguſto guttatim fundimus
Hibiſcus. aliquid, *a narrow necked veſſell.* Galerus vel Galerum, latior
Hemiſti- pileus, *a broad Hat.* Ganea ganeæ vel ganeum ganei, helluo-
chium. num & meretricum diverſorium, *a Bordell houſe.* Gobio vel
I Cobius, piſciculus quidam, *an Hadocke.* Hebenus vel he-
Iubilus. benum, arbor quædam, *an heben tree.* Helleborus vel helleborum, herba quædam, *a kind of herbe.* Hibiſcus vel hibiſcum,
L herba maluæ ſimilis, *wild mallowes.* Hemiſtichium vel hemi-
Ludius. ſtichius dimidium verſus, *an halfe verſe.* Iubilus vel jubilum,
Luctus. vox eſt lætantis, *joyfull ſhouting and crying.* Hic aut hæc intybus
Ianio. vel hoc intybum, *Cicero.* Ludius vel ludio, i. hiſtrio, *a player*
Labium. *of interludes.* Ludia, tales mulier. Luctus vel luctum, triſtitia,
M. *mourning.* Ianio vel lanius, *a Butcher.* Labium apud Gellium
Menda. ſæpe Labia Labiæ, *the lip.* Mendum vel menda mendæ, i.
Margarita. macula, vitium, error, *a fault.* Margarita margaritum vel mar-
Monitus. garis, teſte Servio lapis pretioſus, *a Pearle.* Monitus moni-
Mulctus. tum, monitio, idem, *an advertiſement.* Mulctra vel mulctrum,
N vel mulctrale, vas in quod mulgetur, *a kit, or milke tub.* Inve-
Naſus. nitur Naſus naſa naſum: ſed in uſu eſt naſus, *the noſe.* Nepes.
Nepes. vel nepis, vel nepet, oppidi Etruriæ nomen. Perbolus vel
P per bo-

peribolum, circuitus, *a compaſſe, or circle*. Papyrus vel Papyrum, *Paper*. Piſa vel piſum, legumen notum, *Peaſe*. Punctum aliquando punctus, *a point*. Horat.

Omne tulit punctum qui miſcuit utile dulci.

Plinius. Neque enim aliud terra univerſa quam mundi punctus. Pileus vel pileum, eſt tegmen capitis, *an Hat, or Bonnet*. Paſcua paſcuæ vel paſcuum, eſt omnis locus in quo pecudes paſcuntur, *a paſturall place for Beaſts*. Porrus legitur apud Celſum lib. 4. Sed uſitatius eſt porrum, eſt oleris genus graviter olentis, *a leeke*. Piſtrina vel piſtrinum, ubi pinſitur, *a mill, or bake-houſe*. Poſtica vel poſticum, poſterior janua, *a backe doore, or poſterne gate*. Pavus vel pavo, *a Peacocke*. Proluvies vel proluvium, vel proluvio, immunditia cujuſque rei ſordidæ, *filth, or ſtinke*. Virg.

——— *Fœdiſſima neſtris*
Proluvies. ———

Puſius & puſio parvulus, *a little childe*. Phorcus Phorcyn & Phorcys, pater Meduſæ. Rapa vel rapum, *a rape*. Rictus vel rictum, id eſt os & hiatus, *the mouth, or gaping thereof*. Ramus & ramale, *a branch*. Retis vel rete, *a net*. Rhenus vel Rhenum. Sabulum vel ſabulo, arena craſſior, *groſſe ſand*. Syngrapha vel ſyngraphum, vel ſyngraphus: literæ à multis conſcriptæ: vel ab uno nomine multorum, qui vel adſcribunt, vel ſigilla appendunt in rei veritatem, *an hand-writ, or obligation*. Plautus. Age iſtum, oſtende quem conſcripſi ſyngraphum inter me & amicam, & lenam. Saguntus vel Saguntum, urbis Hiſpaniæ nomen, *a towne of Spaine*. Strabo vel ſtrabus qui oblique videt, *glyed*. Scorpius vel ſcorpio, animal venenata cauda, *a Scorpion*: & cœleſte ſignum, & nodoſum flagellum. Supparus vel ſupparum, linteum femorale, dictum quod ſupra appareat, *a ſmocke, or top-ſayle*. Satan vel Satanas, *a Devill*. Theſaurus vel Theſaurum, theca pecuniaria, vel pecunia ipſa, *an hoard, or treaſure*. Textrina vel textrinum, ubi texitur, *a VVebſters houſe*. Taxus vel texum, arbor quædam, *an Ewe tree*. Thymus vel melius Thymum, herba quædam, *Tyme*. Torques vel torquis, *a Chaine*. Veſper vel veſpera veſperum, ſtella & ultima pars diei, *the evening tyme, or ſtarre*. Invenitur & Heſperus in eadem ſignificatione. Virg.

Ite domum ſaturæ, venit Heſperus, ite capellæ.

Xiſtus vel xiſtum ampla porticus, in qua athletæ per hiberna tempora exercentur, aut locus amœnus, & ad deambulationes commodus, *a Gallerie, or walking place*.

Peribolus
Piſa.
Papyrus.
Punctum.
Pileus.
Paſcua.
Proluvies
R
Rapa.
Ramale.
Retis.
S
Sabulum.
Syngraphum.
Saguntus.
Strabo.
Scorpius.
Supparus.
Satan.
T
Theſaurus.
Textrina.
Taxus.
Thymus.
Torques.
V
Veſper.
Heſperus
X
Xiſtus.

QVÆ

QVÆ COMPOSITA DIVERSARVM DECLINATIONVM EFFICIVNT.

Vs vel is orta volunt *limus*, *cera*, *arma*, *bacillus*, Norma, *jugum*, *clivus*, *nervus*, *ſomnuſque*, *animuſque*. Pluraque cum *fræno*, quæ gloſſa recludet abundè.

Quædam nomina faciunt adjectiva compoſitæ figuræ ſecundæ vel tertiæ declinationis quorum tamen alia ſunt aliis frequentiora: ut à Limus ſit illimus vel illimis, id eſt, ſine limo, vel cœno, *without ſlime.* Ovid

Fons erat illimis nitidis argenteus undis.

Item, Sublimus vel ſublimis, id eſt, elevatus in altum, *high above vs.* Virgil.

Sublimes in equis redeunt pacemq́, reportant.

A Cera, Sincerus vel ſinceris, id eſt purus, non vitiatus, *cleane, vndefiled.* Horat.

Sincerum eſt niſi vas, quodcunque infundis aceſcit.

A nomine arma, inermus vel inermis, quaſi ſine armis, *without armour*. Abaculus, diminutivum eſt bacillus: hinc imbecillus, vel imbecillis, id eſt debilis, *weake.* Norma eſt regula fabrorum ad quam dirigunt opera, *a ſquare, or rule.* Anormis, id eſt irregularis, & non ad normam factus, *out of rule* Iugum eſt quo boves junguntur adarandum, *a yoake.* Hinc Bijugi vel Bijuges duo animalia conjugata, *two yoaked beaſtes.* Trijugi tria, *three yoaked beaſtes.* Quadrijugi quatuor, *foure yoaked beaſtes.* Virgil.

Martis equi bijuges -------- Idem.

Centum quadrijugos agitabo ad flumina currus.

Norma. Anormis. Iugum.

Clivus eſt collis vel monticulus, *the pathe of an hill.* Acclivus vel acclivis, id eſt elevatus quaſi ad clivum, *ryſing vpward to a height.* Declivus vel declivis, id eſt depreſſus quaſi declivo, *leaning downward*. Nervus naturale vinculum corporis, quo colligata ſunt membra, *a ſinew.* Enervus vel enervis, id eſt debilis aut mollis, *VVeake and tender.* Valla notavit ferè ſemper in declinatione tertia, dici inſomnis & exſomnis per ſecundam verò ſemiſomnes, *halfe-a-ſleeping*. Animus eſt mens vel anima, vel voluntas, vel audacia, *the Spirite and Courage*. Hinc exanimus vel exanimis, inanimus vel inanimis, magnaminus, puſillanimus, &c. Infrenus vel infrænis, quaſi ſine fræno, id eſt, indomitus. Effrenis vel effrænus, idem, *Vndaunted*. Sic à barba dicimus imberbis vel imberbus, teſte Marcello: ab annus perennus vel perennis, à lumbus, elumbus vel elumbis, id eſt, debilis & erigere ſe non valens, *verie weake.*

Clivus. Acclivus. Declivus. Nervus. Enervus.

NOM.

NOMINA SVB EADEM NOMINATIVI *TERMINATIONE ET GENERE*, DIVERSARUM DECLINATIONUM.

Multa tibi flexum dant quartum, ſive ſecundum:
Vt *domus* & *laurus*, *ficus*, *colus* & *penus*, adde.
Et *lacus* & *quercus*, *pinus*, *cornus*, *monituſ*que,
Et quondam *lectus*: veteres ita plurima flectunt
Eſt aliis varius flexus: pro teſte *ſequeſter*.
Cætera ne longum faciam tibi gloſſa recludet.

Abundant nomina quædam declinatione: ut quæ ſunt ſecundæ aut quartæ declinationis: ſaltem in aliquibus caſibus: ut domus, ante ſatis declaratum, laurus, ficus fœmininum: ut oſtenſum eſt Libro primo, & alia multa. Hæc Laurus, hujus Lauri, dativo lauro tantum, hanc laurum, O laure, ablativo lauro, & aliquando lauru, hæ lauri, harum laurorum, his lauris, has lauros & laurus, O lauri. abl. lauris, *a Lawrell tree.* Colus, ſecundæ eſt præter ablat. ſingularem, qui per utrumque profertur, hac colo vel colu, *a Rocke.* Penus cui adjungi poteſt ſpecus, in generibus declaratum eſt. Lacus, hujus laci vel lacus, *a Lake.* Reliqua per quartam effert. Quercus, pinus, cornus, & laurus, arborum nomina ſunt. Quartæ ſunt multæ: quę olim per ſecundam quoque flectebantur: ut monitus, ornatus, quæſtus, ſaltus, aditus, tumultus, & plura alia à Nonio Marcello pulchrè declarata. Plaut. in Amphytrione dixit lectus locus, pro lecti locus, quod exolevit, quia nunc ſolum ſecundæ eſt. Sequeſter, ſequeſtris, ſequeſtre, per tertiam flecti dictum eſt libro primo. Invenitur etiam in ſecunda declinatione ſequeſter, ſequeſtra, ſequeſtrum. Sic olim macer, teſte Capro. Sunt quæ pro diverſitate declinationum diverſas habent ſignificationes: ut acus fœmininum quartæ eſt: neutrum vero tertiæ. Significationes patent ex libris præcedentibus. Item Acus aci maſculinum ſecundæ eſt, & piſcem quendam ſignificat. Sunt etiam quæ in eadem declinatione pro diverſitate obliquorum diverſa ſignificant: ut Acer aceris, eſt arbor, *a maſer tree.* Acer acris, id eſt ſtrenuus, *ſharpe and bold.* Cujuſmodi omnia huc pertinere videntur, ſi recte dictum eſt. Multiplex uno ſenſu dicatur abundans.

Laurus.

Colus.

Lacus.

DE COMPARATIONIBVS.

LIBER IIII.

COMPARATIO eſt rei ad rem collatio.

Gradus Comparationis ſunt tres: Poſitivus, Comparativus, & Superlativus.

Poſitivus eſt qui rem ſine exceſſu ſignificat; ut Doctus.

Comparativus, qui rem cum exceſſu quidem ſignificat, ſed non ſummo; ut Doctior.

Superlativus eſt qui rem ſummo cum exceſſu ſignificat; ut Doctiſſimus.

Hunc excedit quandoque Comparativus. Cicero ad Filium: *Vale, mi Cicero, tibique perſuade, te mihi quidem eſſe chariſſimum, ſed multo fore chariorem, ſi talibus monumentis, præceptiſque lætabere.*

Nominum ſola adjectiva comparantur, eaque non omnia, ſed quorum Significatio poteſt augeri, vel minui; ut Pulcher, Dulcis, Fœlix, &c. Propria propter aliquod accidens rebus inſitum comparari leges; ut Nero, quia magnæ fuit crudelitatis dicimus, Neronior pro crudelior.

Comparatio eſt triplex; Voce tantum, Significatione tantum, & Utroque modo.

Comparatio voce tantum fit ubi vox convenit, Significatio diſcordat; ut à Novus, Noviſſimus; id eſt, Ultimus. Sunt enim maxime nova fere ultima. Novior ſunt, qui negent recte dici.

Comparatio Significatione tantum, eſt, ubi Significatio convenit, vox diſcordat; ut Bonus, Melior, Optimus.

Comparatio voce, & Significatione, eſt, ubi cum voce Significatio convenit; ut Doctus, Doctior, Doctiſſimus.

FORMATIO COMPARATIVORUM.

Doctior à *docti* eſt: ita formes cuncta ſecundæ,
Tolle *ſiniſterior*, *melior*, *pejor*, *minus*, & *plus*,
Cum *major*. Donant *ficus* & *dicus* entior apte.

Comp

Comparativus à nomine ſecundæ declinationis, fit à genitivo Singulari addita or ſyllaba pro communi genere: & us pro neutro; ut Doctus, docti, doctior, doctius: Amicus, amicior, amicius. Non ut putant Indocti, Amicitior: Spurcus, ſpurcior: Pudicus, pudicior. Non Spurcitior, nec pudicitior. Spurcus, immundus & impudens, *filthie*. Mart. Spurcus.

Munera quod ſenibus, viduſque ingentia mittis,
Vis te munificum Gargiliane vocem?
Sordidius nihil eſt, nihil eſt te ſpurcius uno,
Qui potes inſidias dona vocare tuas.

Deterior, deterrimus, non ſunt à verbo Detero, ut vult Priſc.; ſed ab inuſitato nomine Deter, deteri; quod malum ſignificat: & cui aliquid quaſi detritum eſt: ne bonum ſit.

Excipiuntur à Regula. Sinister, Sinisterior: Bonus, melior: Malus, pejor: Parvus, minor: Multus, plus, ſolum in neut. genere: & hoc in Singul. numero: at in plurali hi & hæ plures; & hæc plura, vel pluria. Item, Magnus, major. Sinister aliquando ſignificat adverſum, vel noxium, *wrong, or noyſome*. Virg. 1. Georg. Sinister.

Arboribuſque ſatiſque: Notus pecorique ſiniſter.

E diverſo dexter, interdum eſt idem quod proſper, & favens, *right, or proſperous*: à quo dext. regulariter: à facio ſunt quædam adjectiva in ficus: & à dico, vel dicax: in dicus penult. correpta Mirificus, mirificentior: qui mira facit, *marvelous*. Munificus, liberalis, *liberall*. Maledicus, mordax, *evill ſpeaking*. Falſidicus, mendax, *lying*. Addunt à volo benevolus, malevolus: a loquor, magniloquus, &c. Benevolentior, magniloquentior, &c. Dexter. Mirificus Munificus. Maledicus. Falſidicus.

Fortior a *forti* eſt: facies ita cætera ternæ. *Iunior* excipiunt: a *nequam* nequior exit.

Comparativus, Si poſitivus fuerit tertiæ, fit a dativo Singulari addita or; ut Forti, fortior: Pauperi, pauperior. Hic & hæc Potis, & hoc pote; id eſt, Potens: ſolum nominativum invenitur nunc habere: unde Potior, potiſſimus; id eſt, melior, & optimus, quaſi potentior, potentiſſimus. Forti.

Excipitur a Regula unicum nomen, Iuvenis, junior, teſte Priſc. Sed Georg. Vall. haud male aſſerit Iunior eſſe a junis: & legitur aliquando Iuvenior, auctore Lancil. Iunior.

Nequam citra ullam exceptionem, Nequior, nequiſſimus facit: quia eſt indeclinabile. Sic a Frugi, habebuntur frugalior, frugaliſſimus, ſi ut notat Quint. Frugalis eſt dictio parum proba. Nequam.

SUPERL

Er rimus adjiciet ſuperanti. Dant timus *exter*,
Et *citer* & *dexter*: quibus addes rite *ſiniſter*:
Dic etiam *extremus*, *maturus*, dat rimus apte.
Vel ſimus huic: jungunt *ſatur* à *vetus* eſt rimus uſque.

Notatio. Poſitivus in er addit ſuperlativo rimus, rima, rimum: ut niger nigerrimus: deter deterrimus: pauper pauperrimus: pauperrima pauperrimum. Nota hiſce nominibus, celebris, ſalubris, alacris: & ſiqua ſunt hujus farinæ alia, quæ non in er tantum: ſed etiam in is maſculine inveniuntur: raro alia dari ſuperlativa quam in rimus: ut celeberrimus, ſaluberrimus, alacerrimus. ¶ Excipiuntur à regula Exter exterior: extimus vel extremus: ſiniſter ſiniſterior, ſiniſtimus. Exter idem eſt quod externus, *a Stranger*. Papin. XI. Thebaidos. *Sed quid apud tales quies nec ſua pignore cura,*
Exter honos: ------

Exter. Valerius exterarum gentium dixit. Et Virgilius extera regna. *Citer.* Citer citra citrum, quod eſt citra, *neare*. *Maturus.* Maturus maturiſſimus vel maturrimus, ab antiquo nomine matur. Sic *ſatur* ſaturimus & ſaturriſſimus, ut quidam volunt. *Vetus.* Vetus veterrimus tantum habet. Eſt autem maturum quod tempeſtivum dicitur, *ripe*: ut matura fruges, matura poma. Satur, plenus cibo, *full*. Ter. *Sed ita cum ſatura atque ebria erit, puer ut ſit ſatur facito.*

In reliquis ſimus accipiet patrius poſitivi,
Atque dativus in i: tamen s ſimus uſque præibit
Excipe *poſtremus*, *ſupremus* & *optimus*, atque
Peſſimus & *minimus*, *cum maximus*, *intimus*, addens
Plurimus, *infimus* adjunges: entiſſimus autem
A *ficus*, atque *dicus* facito. Limus is dato demptâ
Cum *facilis*, *gracilis*, *agilis*, *ſimiliſque*, *humiliſque*.

Si poſitivus non deſinit in er, tunc ſuperlativus fit à genitivo poſitivi in ſecunda declinatione: vel á dativo in tertia addendo s & ſimus: ut celſi, celſiſſimus (ut Grammatiſtæ ſomniant) non ſummus, excelſi excelſiſſimus. Celſus & excelſus, id eſt excellens, altus, *excellent*. Huic forti fortiſſimus. ¶ Excipiuntur à regula poſterus, poſtremus: ſuperus, ſupremus, bonus optimus, malus peſſimus, parvus minimus, magnus maximus. *Interus.* Interus vel inter intera interum, veteres dicebant, ut ſuperius: hinc interior intimus. Multus plurimus.

mus: multa plurima, multum plus plurimum. Infer vel inferus, inferior infimus, quæ non ſolum ad locum, verumetiam ad dignitatem pertinent. Terent. Tace tu, quem ego infra infimos omnes puto homines. Nomina à facio in ficus, à dico vel dicax in dicus habent entiſſimus: ut Maleficus maleficentiſſimus, maledicus maledicentiſſimus. Quandoque regulares horum inveniuntur ſuperlativi: ſed apud vetuſtiores. Terent. Mirificiſſimus eſt patruus tuus. Hæc quinque Facilis, agilis, gracilis, humilis, ſimilis: & ab his compoſita. ut difficilis, abſimilis, faciunt ſuperlativos abjiciendo is additis limus ſyllabis: & ita concurrunt duo ll: ut facillimus, agillimus. His additur à Valla docilis docillimus. Facilis dicitur parvum laborem requirens, *eaſie* Huic contrarium eſt difficilis, *vneaſie*. Cic. Amanti nihil eſt difficile. Agilis, facile mobilis, *prompt and ſouple*. Gracilis, tenuis & non craſſus, *ſmall*. Humilis, propriè non altus & prope humum: ut humilis arbor, *laigh, or lowe*. Docilis qui facile diſcit, *eaſie learning*. Contrarium eſt indocilis.

Facilis.
Agilis.
Gracilis.
Humilis.
Docilis.

COMPARATIO IMPERFECTA.

Anterior ſuperante caret, *juveniſque*, *ſenexque*,
Sicut *adoleſcens*, *cui dives*, pluraque jungunt.
Temperior ſolum eſt. Ignorant hæc poſitivum,
Vltimus, *ulterior*: *prior* & *primus*: *propiorque*,
Proximus: *ocyor* atque *ocyſſimus* adjiciantur.

Anter vel anterus veteres dixere. Hinc anterior anterius ſine ſuperlativo: ut juvenis juvenior, vel junis junior: ſenex ſenior: adoleſcens adoleſcentior: ut dives divitior. Ter. Quam iniquè comparatum eſt: ut hi qui minus habent, ſemper divitioribus aliquid addunt. Dis ditiori ditiſſimus integrum eſt. Multi addunt ſuperlativo carentibus, Remiſſus remiſſior tantum ſalutaris ſalutarior. Infinitus infinitior. Opimus opimior. Longinquus longinquior: propinquus propinquior. Temperior vel rectius temporior, i. tempeſtivior, à tempore deductum, *timely*: caret poſitivo & ſuperlativo. Huic addunt habitior, i. pinguior, *fatter*. At ejus comparativo ſuperlativoq; utitur Gellius, in lepidiſſimo exemplo. P. Scipio Naſica & M. Pōpilius cum equitum cenſum agerent, equum nimis ſtrigoſum, & male habitum: ſed equitem ejus huberrimum & habitiſſimum viderunt. Et cur inquiunt, ita eſt: ut tu ſis quam equus curatior? Quoniam inquit ego me curo, equum Sta-

Temperior.
Habitior.

tius

tius meus ſervus. Vltra, pridem & prope, non comparantur, quidquid dicat Priſc. cum ſuis. Nam teſte Diomede ulterior ultimus & authore Plin. prior primus, propior proximus carent poſitivo, Dicimus & ocyor ocyſſimus, poſitivo carere, nam græco ocys, id eſt velox. Latini non utuntur. Sunt etiam quibus negatur comparativus: ut Falſus falſiſſimus: perſuaſus perſuaſiſſimus: apricus apriciſſimus: inclytus inclytiſſimus: immeritus immeritiſſimus: invitus invitiſſimus. Legitur tamen invitus adverbialiter. Iuriſconſultus, juriſconſultiſſimus, comis comiſſimus: nuper vel nuperus, nuperrimus, id eſt recentiſſimus, *verie new, or lately.*

Vs ſi vocalis præeat, raro gradus exit, More prius dicto. *Tenuis* non additur apte.

Quando vocalis præcedit in poſitivo ſyllabam us, nomen aut nunquam aut rarò comparatur more dicto, i. in or & ſimus, at ubi comparatione opus eſt, jungitur vice comparativi cum adverbio magis, ſuperlativi vero, cum adverbio maxime: ut Idoneus, magis idoneus, maxime idoneus. Sic arduus, id eſt altus & difficilis, *hard and difficill.* Mart.

Arduus.

Ardua res hæc eſt, opibus non tradere mores.

Pius proprie, qui quos debet reveretur, colit & amat, ut parentes & DEVM, *meeke and godly.* Iuduſtrius diligens & ingenioſus, *diligent and ingenious.* Inglorius, ſine gloria & honore, *without glorie, or honour.* Strenuus, velox & diligens, *ſtrong and diligent.* Incurius, id eſt negligens, *negligent.* Injurius faciens injuriam, *injurious.* Ratio regulæ eſt, quia comparativus ſingulariter formatus debet ſuperare poſitivum una ſyllaba: ut docti doctior. Et quia i litera inter duas vocales efficitur conſonans: comparativus horum nominum non ſuperaret poſitivum: aut ſi i non fieret conſonans ut ſuperaret jam naſceretur cacophaton. Quis enim libenter audiat injurior pentaſyllabum? Sed auctores hæc Grammaticorum ratio non movit ſemper. Invenies enim ab aſſiduus aſſiduior aſſiduiſſimus: à ſtrenuus ſtrenuior ſtrenuiſſimus. Et pius, invenitur habere pientiſſimus ab inuſitato nomine piens. Piiſſimus, ut in epiſtola Antonii malè Latinum notat Cicero Philippica decimatertia. Tu porrò inquit, ne pios quidem, ſed piiſſimos quæris, & quod verbum omninò nullum in lingua Latina eſt, id propter tuam divinam pietatem novum inducis. Alexander inſcite negavit regulariter comparari poſſe tenuis. Apud Latiniſſimos enim invenies tenuior tenuiſſimus.

Pius. Induſtrius. Strenuus. Injurius.

DE PRÆTERITIS ET SVPINIS VERBORUM.

LIBER V.

COmpoſitum ſimplexque modo flectuntur eodem,
Excipies quædam poſt clare notificanda.

Verbum compoſitæ figuræ conjugatur ut ſimplicis, & contra; ut ſedeo, ſedes; in præterito ſedi: Poſſideo, poſſides, poſſedi.

Excipiuntur quædam; ut Maneo, manſi: Immineo, imminui. Et do eſt primæ conjugationis; Reddo, addo, tertiæ. Sed hęc & alia paſſim declarabuntur in ſequentibus. Deinceps verò de præteritis & ſupinis tantum agemus. Nam reliqua ad conjugationes pertinentia ex analogia & ſimilitudine verborum: Amo, Doceo, Lego, Audio, ſatis noſcuntur. Conjugatio eſt verborum per tempora declinatio.

A quoties mutatur in i, per e, pono ſupina.
Demitur hinc do, go, *ſapio*, *ſalio*, *ſtatuo*que.

Si verbum compoſitum mutet a Simplicis in i, Supinum retinebit e: ut Facio, feci, factum: Reficio, refeci, refectum. Excipiuntur verba in do: ut Cædo, cecidi, caſum: Recido, recidi, recaſum. Et in go: ut Ago, egi, actum: Adigo, adegi, adactum. Et compoſita à Sapio: quia retinent i in ſupino: ut Deſipio, deſipui, deſipitum. Item à ſalio, & ſtatuo, quæ pro a in ſupino retinent u: ut Inſilio, inſilui, inſultum: Inſtituo, inſtitui, inſtitutum. Hoc etiam notatu dignum. Verba mutantia e in i, non perdunt e Simplicis in præteritis & ſupinis: ut Emo, emi, emptum: Redimo, redemi, redemptum. Sic Sedeo, Inſidio, &c. Compoſita à teneo non habent e in præteritis, ſed ſupinis: ut Contineo, continui, contentum. Cædo & lædo mutant æ diphthongum in i longum, quod retinent compoſita in præteritis & ſupinis. *Notatio.*

Cum geminat ſimplex, compoſto tolle priorem.
Quam retinent *do*, *ſto* natum, ceu *diſcere*, *poſco*,
Pluria ſic olim, ceu nunc *præcurro*, *repungo*.

Cum ſimplex geminat principium præteriti, compoſitum non geminat: ut Mordeo, momordi: Remordeo, remordi: Pello, pepuli: Compello, compuli. Excipies compoſita à do, ſto, diſco, poſco: quia ſemper geminant: ut Credo, credidi: Reſto, reſtiti: Ediſco, edidici: Repoſco, repoposci. Sic olim plura. ut compoſita à curro: ut decurro, decucurri. Sed nunc inter compoſita verbi curro, ſolum præcurro geminat principium. A pugno ſolum repugno geminat. Caper apud Priſc. Cum ei qui nos pupugit talionem, id eſt, vicem à nobis redditam oſtendimus repupugi dicimus. Supinum nunquam principium geminat.

Si ſit a præſenti non deſinet eſſe ſupino.

Quoties præſenti fuerit a, non aberit ſupino: licet in præterito mutetur: ut facio, feci, factum: fallo, fefelli, falſum.

Præteritis quæcunque carent, ſpoliabo ſupinis.

Quæcunque carent præteritis, etiam carent ſupinis: ut Polleo, gliſco, &c. licet præteritorum & ſupinorum defectus ad ſequentem pertineat librum: tamen in hoc libro totam hanc rem abſolvam, modo verbum non pluribus careat, quam præteritis & ſupinis: Brevius enim id & commodius fiet.

PRIMA CONIVGATIO.

PRæteritis avi facit as, atumque ſupinis.

Verbum primæ conjugationis facit præteritum perfectum indicativi modi à ſecunda perſona Singularis numeri, indicativi modi præſentis temporis, ablata litera s, & addita ſyllaba vi, quæ in ſupinis mutatur in tum vel tu: ut Amo, amas, amat, amavi, amatum, amatu: Æquo, æquavi, æquatum, id eſt, æquale facio, *to make equall*. Albo. album facio, *to make white*. Libo, libas, guſto, *to taſte*. Prælibo, præguſto, *to taſte before*. Æſtuo, æſtuas, æſtuavi, æſtuatum, ſupinum vix invenitur, i. ferveo, *to bee hote, or burne*. Excipiuntur pauca jam declaranda.

Amo.
Albo.
Libo.
Æſtuo.

Excipe

Excipe *do* dedit atque datum, stetit atque statum *sto*,
Cujus compositum stitit atque stitum capit apte.

Do, dedi, datum. Circundo, circundedi, circundatum. Sic Pessundo, vænundo, satisdo. Sto, steti, statum: hujus composita, stiti, stitum, faciunt: ut præsto præstiti præstitum. Insto, institi, institum. Da syllaba corripitur, ubicunque est prima syllaba in condeclinandis à do: ut dabam, dare, ergo hęc penultima brevi: Pessundabam, circundabam, &c. Circundo, id circumpono, *I circle about*: ut circundo saltus canibus. Vænundo, id est, vendo, *to sell*. Pessundo, id est, calco vel opprimo, *to trampe doune*. Satisdo, id est, satisfacio aut solvo, *to satisfie, or pay*. Sto, id est, erectus sum, *to stand*. Item stat, manet, aut certum est. Virg.

Circundo. Vænundo. Pessundo. Satisdo. Sto.

Stat sua cuique dies, breve & irrevocabile tempus
Omnibus est vita. ——

Sto conventis, id est, servo pactum, *to keepe command*. Per me non stetit, id est, non fui caussa cur minus fieret. Adsto, juxta, sto, *to stand beside*. Antesto, antecello, *to excell*. Resto, supersum vel relinquor, *to abide, or remaine*. Præsto, præstiti, præstitum, id est, do, *to giue*. Item excello, *to excell*. Præstat impersonaliter, i. melius est, *it is better*: in pręterito, præstitit. Consto, i. Simul sto, non sum instabilis, vel componor, *to stand with, or abide*. Item cōstat, i. liquet, *it is manifest*. Quanti constat liber, i. quanti emitur? Disto longè sto vel absto, aut differo, *to stand far, or differ*. Quantum distat hinc Roma? quingenta miliaria. Exsto, emineo, *to appeare foorth*. Liber non exstat, i. nusquā invenitur, vel periit. Insto, propriè sum, *to be neare*: ut Pascha instat vel operam do pro re acquirenda, *to be diligent*. Plau. *Poscit, instat, urget, non finit hominem quiescere.*

Adsto. Resto. Præsto. Disto. Insto.

Dono *lavo*, lavi, lotum, lautum atque lavatum,
Poto magis potum, *juvi* jutumque, juvare.

Lavo, lavi, lotum, vel lautum, (nam veteres lavo, lavis, lavi, lavere per tertiam dixerunt) in supino etiam lavatū, ab eo quod dicebatur lavavi, & Significat rigo, vel aqua purgo, aut quovis humore purgo, *to wash*. A lautum nascitur lautus quod si nomen est mundum, delicatum aut elegantem Significat. Poto, potavi, potatum, & sępius potum: unde potor, potio, poturus. Potare aiunt esse luxuriæ. Bibere necessitatis. Potus adjectivum nomen est in hoc Ovidii. *Occurrit nuper, visa est mihi digna relatu:*

Lavo. Poto.

Pompa, senem potum pota trahebat anus.

In sequenti ejusdem carmine participium.

Quo plus sunt potæ, plus sitiuntur aquæ.

Potus. Potus ſubſtantivum à potione diſtinguunt, quod hoc Medicorum plerunque ſit ſorbitiuncula, illud alia quæcunque. Compoto eſt ſimul poto, *to drinke together*. Compotor, qui cum alio ſolet potare. De hoc adagionem habemus. Odi memorem compotorem. Iuvo, juvi, jutum, id eſt, auxilium do, *to helpe*. Virg. *Audentes Fortuna juvat.* ----- Lectum eſt juvavi juvatum. Adjuvo idem eſt quod juvo. Terentius: Forteis fortuna adjuvat.

Iuvo.

Præbet ui per itum *cubo*, cum *ſono*, ſive *crepare*.
Et *domo*, ſive *tono*, *veto*, *plico*. Nexo xui xum:
Præbet ui per ctum *frico* cum *ſeco*, junge *necare*.
Nulla ſupina creat *mico* dans micui. Datur avi
Nonnullis: avi tantum dat *ſupplico*: ſicut
Omne *pliço* verbum quod dat cum nomine junctum.

Hæc ſeptem verba, Cubo, ſono, crepo, domo, tono, veto, plico, faciunt per duas ſyllabas ui in præterito, & itum in ſupino: ut Cubo, cubui, cubitum. Nexo, facit nexui, nexum. Hæc tria verba, Frico, ſeco, neco, faciunt ui per duas ſyllabas in præterito, & ctum præcedente litera c ante t in ſupino: ut Frico, fricui, frictum: Secui, ſectum: Necui, nectum. Mico, micui, facit abſque ſupino. Quædam ex dictis etiam dant avi in præterito, & ſimiliter quod facilè conjicitur, atum in ſupino: ut Increpo, increpui, vel increpavi: Implico, implicui, vel implicavi: implicitum, vel implicatum. Sic Dimico, dimicui, ſine ſupino: ut Mico, micui, vel dimicavi, dimicatum. At ſupplico, id eſt, humiliter peto cum reverentia, *humbly to require*. Solum facit ſupplicavi ſupplicatum: ut omne compoſitum à plico cum nomine: ut duplico duplicavi duplicatum. Cubo; id eſt, jacco, *to lye*. Olim dictum eſt cubavi cubatum: unde cubatio non cubitio dicimus. Sic domatio, tonatio dicimus, non Domitio, tonitio, & contra domitus, domitor, potius quam domatus, domator auctore Valla. Compoſita à Cubo corripiunt penult. niſi aſſimant m ante bo, & fiant tertiæ conjugationis, ita tamen ut idem habeant præteritum: ut Accubo accubas, vel accumbo accumbis, accubui; id eſt, aſſideo vel adjaceo menſæ, *to lye downe, or ſit downe*. Virg.

Cubo.

Accubo.

---- *Tu das epulis accumbere Divum.*

Occubo vel occumbo, morior, *to dye*. Virg.

---- *In utrumque paratus*

Seu

Seu verſare dolos, ſeu certa occumbere morti,

Idem per primam dixit. — *Nec adhuc crudelibus occubat umbris.*

Sono ſignificat ſonum facio, *to ſound.* Compoſita penult. corripiunt: ut Aſſono, i. ad aliquid ſono, *to ſound with an Organe.* Sono.

Perſ. ——— *Reparabilis aſſonat Echo.*

Reſono, ſonum reddo, *to ſound againe.* Virg.

——— *Reſonat clangoribus æther.*

Crepo eſt violentum ſonum facio, *to make great ſound, or noyſe.* Crepo.

Ovid. *Crepat in mediis laurus adusta focis.*

Compoſita corripiunt penultimam: ut Concrepo, ſimul crepo. Ter. Oſtium concrepuit. Increpo, cum clamore arguo, aut ſonum facio, *to reproue, or ſound.* Ovid.

Annuit Alcides, increpuitq; lyra.

Domo; id eſt, manſuetum facio, *to daunt.* Edomo, perdomo, idem ferè valent, & penult. corripiunt: quam corripiunt etiam compoſita à Tono, quod valdè ſono aut tonitru facio ſignificat, *to thunder.* Veto vetui vetitum, eſt prohibeo, *to forbid.* Plico, plicui, plicitum, & aliquando plicavi, plicatum, id eſt, contraho, & rugas facio, *to fold.* Plicatilis quod plicatur. Applico penultima brevi ſignificat adjungo, *to apply, or joyne.* Explico, extendo & declaro, *to declare.* Implico, involvo, innecto, *to wind in.* Nexo, nexas, vel ſæpius per tertiam, nexo, nexis, ligo vel necto, *to bind.* Compoſita à frico habent penultimam correptam. Affrico, ad aliquid frico, *to rub till.* Confrico, ſimul frico, *to rub together.* Perfrico, totum frico, *to rub faſt.* Plin. Perfricui faciem, nec tamen profeci. Perfricare faciem aut frontem, eſt pudorem deponere. Refrico, rurſus frico, *to rub againe:* ut refrico deſiderium aut dolorem, id eſt, rurſum acquiro & quaſi renovo. Frico.

Seco, ſecui, ſectum, *to cut.* Compoſita penult. corripiunt: ut Deſeco, abſcindo, *to cut off.* Diſſeco, diſcindo aut divido, *to cleaue, or cut aſunder.* Reſeco, amputo, *to cut away.* Seco.

Neco, necui, nectum, vel necavi, necatum, id eſt, quacunque re occido, *to ſlay.* Enecco, penult. correpta, id eſt, neco vel vexo. Ter. Cur me enecas? Neco.

Mico Micui, ſine ſupino, id eſt, Fulgeo, propriè cum motu vel tremore, *to ſhine:* ut Enſis micat: Fulgur micat. Virg. Mico.

——— *Crebris micat ignibus æther.*

Capitur pro movere. Virg. de equo.

Stare loco neſcit, micat auribus, ac tremit artus.

Ovid. *Corq; timore micat.*

Compoſita penultimam corripiunt: ut Emico, id eſt, effulgeo, emineo, appareo, *to ſpurth-ſhew,* Dimico, pugno, *to bicker, or fight.* Emico. Dimico.

SECVNDA CONIVGATIO.

PRÆTERITVM per ui facit es, per itumque ſupinũ.

Verbum ſecundæ conjugationis facit præteritum à ſecunda perſona præſentis temporis indicativi modi ſingularis numeri, mutando es in ui per diviſas ſyllabas, & ſupino facit itum: ut Habeo, habui, habitum, id eſt, poſſidio & teneo, *to have.* Prohibeo, prohibui, prohibitum, ſignificat impedio ne quid incipias, *to forbid.* Inhibeo vero ne in re cœpta proceſſas, *to inhibite.* Arceo, arcui, arcitum, Significat pello, aut advenire non ſino, *to drive away.* Cicero Philip. XI. A progreſſu arcuit. Arcitum ſupinum non eſt in uſu: ſed in uſu fuiſſe oſtendunt compoſita: ut coerceo, coercui, coercitum, *to ſtraine.* Supinum etiam fuit arctum, unde nomen adhuc eſt Arctus, arcta, arctum, id eſt, ſtrictus & frequentativum. Arcto, id eſt, ſtringo: nam idem arceo aliquando Significat. Compoſita mutant a in e: ut coerceo, coercui, coercitum, id eſt, contineo & cohibeo, *to ſtraine.* Aberceo, repello, *to put away.* Exerceo, ago & moleſto, vel fatigo, *to exerciſe, or to trouble.* Terent. *I ſane ego te exercebo hodie, ut dignus es.* Hinc exercitium, vel melius exercitatio, à frequentativo exercito. Pauca ſunt exempla habentia ſupinum. Omnia verba ſecundæ conjugationis deſinunt in eo, & nulla alia præter hæc primæ, beo, creo, ſcreo, meo, calceo, laqueo, enucleo, & tria quartæ, ſcilicet eo, vaneo, queo.

Habeo.
Prohibeo.
Arceo.
Coerceo.
Exerceo.

Dat *doceo* doctum, *teneo* tentum, *pateoque*
Paſſum: ſic miſtum dat *miſceo*, *torreo* toſtum
Cenſeo dat cenſum, *careo* caſſum, caritumque.

Verba hic poſita præterita ſecundum regulam formant, ſupina contra regulam: ut Doceo, docui, doctum, id eſt, Doctrina inbuo, *to teach.* Edoceo, plane doceo. Perdoceo, perfectè doceo, *to teach perfectly.* Dedoceo, contrario modo doceo, docens alterum malè docuiſſe, *to teach otherwyſe.* Teneo, tenui, tentum, id eſt, apprehendo, detineo, *to holde.* Compoſita mutant e in i: ut Retineo, retinui, retentum. Sic detineo, contineo. Obtineo, id eſt, acquiro, *to get.* Suſtineo, ſuſtinui, ſuſtentum, unde ſuſtento, ſuſtentas, porto vel patior, *to ſuffer.* Abſtineo Significat tempero, & pene idem quod contineo, *to abſtaine.* Terent. *Non manum abſtines maſtigiæ?* Supinum eſſet abſtentum, quod non eſt in uſu. Verſus.

Abſtineo nullum video retinere ſupinum.

Doceo.
Teneo.
Abſtineo.

Pateo

Pateo, patui, paſſum, id eſt, apertus ſum, *to bee open.* Plautus. *Ingredere tu fores, jamdudum patent.* Pateſio, aperior. Pando & patior etiam faciunt paſſum. Miſceo, miſcui, miſtum: per s potius quam mixtum per x. Si doctis & vetuſtati credimus, Significat confundo, & perturbo. *to mixe, and confound:* ut Miſceo Aquam Vino. Admiſceo ad aliquid miſceo. Commiſceo, permiſceo, promiſceo, valde miſceo. Torreo, torrui, toſtum, id eſt, uro, cremo, aſſo, *to roſte, or burne.* Cenſeo, cenſum, id eſt, judico, vel exiſtimo, *to judge, or eſteeme.* Cenſor, id eſt, judex morum. Cenſura, id eſt, judicium, caſtigatio. Iuvenal. Pateo. Miſceo. Torreo. Cenſeo.

Dat veniam corvis, vexat cenſura columbas.

Succenſeo, id eſt, iraſcor, *to bee angrie.* Terent. *Adoleſcenti nihil eſt quod ſuccenſeam.* Careo, carui, caritum, ſecundum regulam, & contra regulam caſſum, idem id quod non vaco, aut non habeo, *to want.* Cicer. *Carere debet omni vitio qui in alterum paratus eſt dicere.*

Polleo præterito caret, & vix *nideo* donat.

Polleo caret præterito, quod nideo vix habet. Polleo, id eſt, poſſum, valeo, *to may, or can.* Carp.

Ingenio pollet, cui vim natura negavit.

Compoſita ſunt Prapolleo, prævaleo, repolleo, revaleo, æquipolleo, æquivaleo, *to bee alike.* Nideo, & renideo, id eſt, ſplendeo, *to ſhyne.* Item redoleo, unde Nidor odorem Significat rei exuſtæ vel aſſatæ. Virg. *——Illi ingens barba reluxit,*

Nidoremque ambuſta dedit. ——

Quod dat ui neutrum, *timeo*que carento ſupinis Tolle *valet, noceo, placeo, doleo, taceo*que, *Paret, olet, careo, pateo, lateo, calet & li.*

Verbum neutri generis, ſecundæ conjugationis facit præteritum per ui diviſas ſyllabas cum unico activo Timeo caret ſupino: ut Splendeo ſplendui. Maxima pars verborum ſecundæ conjugat. ad hanc regulam pertinet, & ſciendum quod quæcumque carent ſupinis, carent etiam omnibus à ſupinis formandis: ut ſunt participia præteriti temp. & futuri in rus, & futurum infinit. & verbalia in io &c. Decaralo quædam hujus farinæ verba. Splendeo, lumen præbeo, *to ſhyne.* Madeo, humidus & madidus ſum, *to bee wacke, or dancke.* Permadeo, totus madeo, *to bee very wacke:* ut Permadidus ſudore. Studeo, id eſt, operam ferventem impendo *to ſtudy:* teſte Diom. ſupino caret, licet quidam jam ſtuditum habere velint. Splendeo. Madeo. Studeo.

Surdeo. Surdeo, surdes, surdui, id est surdus sum, *to bee deafe.*
Surdesco. Surdesco, surdus fio. Sordeo, sordidus, & immundus sum,
Sordeo. & vilis, *to bee vylde, or filthie.* Virg.

----- *Sordent tibi munera nostra.*

Candeo. Candeo, splendidus, & candidus sum, *to bee whyte.* Excan-
deo, vel incandeo, id est, valde candeo, & capiuntur pro ve-
Frendeo. hementer nasci, *to bee verie angrie.* Frendeo, frendes, fren-
Frondeo. dui, ex indignatione dentes concutio, *to grinne.* Frondeo,
frondes; emitto, *to bloome.* Virg.

Egeo. *Nunc frondent sylvæ, nunc formosissimus annus.*
Indigeo. Egeo, id est quod oportet habere careo, *to lacke.* Indigeo,
Calleo. idem. Calleo, gemino ll, id est, callidus sum, & optime in-
telligo, *to understand.* Terent.

Ejus ingenium pulchre calleo.

Occalleo, idem. Plin.

Longa patientia occallui.

Palleo. Palleo, pallidus sum, nonnihil albeo, *to bee pale.* Ovid.

Palleat omnis amans -----

Expalleo Expalleo, valde palleo, *to bee verie pale.* Coaleo, cohæreo,
Coaleo. concresco, *to grow together.* Sileo, sine sono sum, *to bee*
Sileo. *quyet.* Vileo, vilis sum; parvi æstimor, *to bee lightlie esteemed.*
Vileo. Iaceo, notum est capitur pro contemnor, *to lye, or to bee de-*
Iaceo. *spysed:* ut Pauper ubique jacet. Marceo, id est, putreo, pe-
Marceo. reo, *to corrupt, or stinke.* Senec.

Marcet sine adversario virtus.

Hinc marcesco, id est, marcidus fio. Tolle valet, noceo, &c.
Pauca neutra quorum præterita per ui divisis syllabas sunt,
Valeo. supina retinent. Valeo, valui, valitum, id est, possum, vali-
dus, & sanus sum, *to bee whole, and able.* Valiturus, dixit
Noceo. Cic. teste Prisc. Noceo, nocui, nocitum, malum infero, *to*
Placeo. *hurt, or skaith.* Nunquam nocui tibi. Placeo, placui, pla-
citum; gratus, & acceptus sum, *to please.* Perplaceo, valde
placeo, complaceo, Simul placeo. Displiceo, non placeo, *to*
displease. Hoc mutat a in i brevem. Senec.

Argumentum est recti malis displicere.

Doleo. Doleo, dolui, dolitum, tristis sum, dolorem patior, *to mourne.*
Taceo. Taceo, tacui, tacitum, non loquor, *to holde my Tongue.* Cato:

Proximus ille DEO qui scit ratione tacere.

Composita mutant a in i brevem: ut Reticeo, Obticeo, Con-
ticeo, unde Conticesco. Virg.

Conticuere omnes intentique ora tenebant.

Lateo. Lateo, abscondor, non comparo, *to lurke.* Latet me, id est,
Pareo. nescio. Deliteo, delitui, supinis caret. Pareo, parui, pari-
tum, obedio, *to obey.* Senec. *Deo parere libertas est.*
Etiam Significat nosci. Virg.

Cui

Cui pecudum fibra, Cœli cui ſidera parent.

Compareo, appareo idem, diſpareo, evaneſco & ex conſpectu abeo, *to evaniſh*. Caleo, calui, calitum, quia inde caliturus legitur, id eſt, calidus ſum, *to bee hote*. Ovid.

------ *Caliturus igmbus aras.*

Oleo patebit, & licet, licuit, cum liceo, & liceor, quæ omnia ſecundum analogiam in ſupino licitum faciunt.

Dant di ſum *prandet*, *videt*, & *ſedet*: at geminabit, S ſeſſum: *ſtridet* ſtridi facit, abſque ſupino.

Prandeo, dat prandi, pranſum. Video, vidi, viſum. Sedeo, ſedi, ſeſſum, gemino ſſ. Strideo, ſtridi, abſque ſupino. Prandeo facit etiam pranſus ſum; quia eſt neutro paſſivum: ut Gaudeo, gaviſum in ſupino: & gaviſus ſum in præterito. Audeo, auſum, auſus ſum. Mœreo, mœſtus ſum, de quibus in ſequenti libro agemus. Prandeo, prandium ſumo, vel ante meridiem cibum ſumo, *to dine*. Et ponitur Simpliciter pro comedo. Horat. Prandeo.

Si prandere olus patienter Regibus uti
Nollet Ariſtippus -----

Video, notum eſt, *to ſee*. Compoſita corripiunt *i*: ut Prævideo, ante video, *to fore-ſee*. Provideo, in futurum paro, *to provyde*: ut Satis mihi providi. Invideo, id eſt, lætor de alterius malo, & de bonis alterius doleo: & dicitur quaſi non libenter video, *to envye*: ut Invideo tibi ſcientiam, id eſt, Doleo te ſcire. Video.

Sedeo, notum eſt, *to ſit*. Sedet animo, id eſt, placet. Compoſita mutant e in i brevem, omnia præter ſuperſedeo, id eſt, ceſſo; cum ablativo, *to ceaſe*. Plaut. Sedeo.

Superſede iſtis rebus.

Obſideo, circundo, *to ſiedge, or circle about*. Omnia in præterito retinent e longum: ut Obſedi, præſedi. Strideo, facio ſtridorem, id eſt, ſonum violentum: Currus non linitus ſtridet. Dicitur etiam per tertiam, Strido, ſtridis. Strideo.

Di ſum præterito geminato *mordeo* donat: Vt *pendet*, *ſpondet*, *tondet*. Donat veo, vi, tum. Dic *fautum*, *cautum*. Veo neutra carento ſupinis.

Quatuor verba dant di & ſum, geminato principio præteriti: ut Mordeo, momordi, morſum: Pendeo, pependi, penſum; Spondeo, ſpopondi, Sine ſ in ſecunda ſyllaba, ſponſum: Tondeo, totondi, tonſum. Compoſita non geminant principium præteriti per Regulam generalem prius dictam.

Remord

Mordeo. Remordeo, remordi: Reſpondeo, reſpondi. Mordeo, id eſt, dentibus lædo, *to byte.* Capitur pro lædo. Terent. *Par pari reſerto, quod eam mordeat.* Admordeo, valde mordeo: demordeo, morſu decerpo, *to rive with bytyng.* Immordeo, id eſt, morſum infligo. Obmordeo, circummordeo, præmordeo, antemordeo, remordeo, crucio, ſollicito. Remordeo item, id eſt, iterum mordeo, à quo læſus eram, *to cruciate, or byte againe.*

Pendeo. Pendeo, id eſt, ſuſpenſus ſum, *to bee hanging:* ut Toga pendet, fur pendet. Compoſita ſunt Appendeo, dependeo, impendeo, ſuſpendeo.

Spondeo. Spondeo, id eſt, promitto, *to promiſe.* Deſpondeo, eſt in matrimonium addico, *to wed.*

Tondeo. Reſpondeo ad interrogata ſermonem reddo, *to anſwere.* Tondeo, crines aut lanam reſeco, *to clip or cow.* Detondeo, à ſummo deorſum tondeo.

¶ Donat veo, vi tum. Verbum deſinens in veo, facit præteritum in vi ſyllabam, quam ſupinum in tum mutat: ut Moveo, movi, motum. Foveo, fovi, fotum. Voveo, vovi, votum. Duo irregulariter ſupinum faciunt: ut Faveo, favi, fautum. Caveo, cavi, cautum. Reliqua in veo fere omnia ſupina non habent, quia neutra ſunt: ut Liveo, livi. Ferveo, fervi, pro quo & Ferbeo, ferbui dicitur. Conniveo, connivi, vel connixi, ſupinum connictum non eſt in uſu.

Verſus. *Connivet vi, xiq; dabit, nullumq; furi um.*

Conniveo ſignificat oculos claudo, metaphoricè diſſimulo me alicujus ſcelera noviſſe, *to winke, or diſſemble.* Cicero: *Quibuſdam in rebus etiam conniveo.*

Moveo. Moveo, de loco in locum muto, *to moue.* Terent. *Move te ocyus nutrix.* Amoveo, demoveo, removeo, ſubmoveo, id eſt, aufero, *to remoue.*

Foveo. Foveo, calefacio, lenio, nutrio, *to nourſh.*

Voveo. Voveo, religioſe promitto, *to promiſe to God.* Votum, promiſſio & deſiderium: ut compos voti. Devoveo, pro votum do vel reſigno. Compoſita à moveo, foveo, voveo, corripiunt mo, fo, vo: niſi in præteritis & inde formatis. Faveo, bene opto, *to favour:* ut ſuis quiſque fivet.

Caveo. Caveo, provideo, *to provide, to eſchew.* Tuo capiti caveo. Præcaveo, præcaves, correpta ea ſyllaba diligenter proſpicio & prævideo, *to fore-ſee.* Terent. *Hoc tempus præcavere mihi me monent.*

Paveo. Paveo pavi ſine ſupino, id eſt, timeo, *to feare.* Flaveo, flavus ſum, *to bee yellow.* Flaveſco, flavus fio.

Liveo. Liveo, lividus ſum, id eſt, ſordidus & niger: atque etiam invidus, *to bee blacke for envye.* Ferveo vel ferbeo, valde caleo vel iraſcor, *to bee hote, or angry.* Deferveo, fervorem amitto torpeſco, *to coole.* Efferveo, nimio fervore effluo ebullio, *to bee very hot.*

Dant

Dant quoque vi, tum, *flet, plet, delet, net, ciet,* adde,
Cum *viet* ortum *oleo*: ſed vult, *adolevit* a ultum.
Do ſimplex *oleo* per ui, mage nata per evi.

Sunt adhuc pauca ſecundæ conjugationis verba facientia præterita per vi ſyllabam ſupina verò per tum mutata vi in tum: ut Fleo, flevi, fletum, id eſt, lacrimor, *to weepe.* Pleo faceret plevi, pletum: ſed non eſt uſitatum niſi in compoſitis: ut Impleo, Compleo, repleo, quæ idem valent, *to fill.* Sic ab inuſitato verbo leo eſt (quod idem valet) deleo, delevi, deletum, quod proprie ſignificat abline: do obumbro & deſtruo, *to abolish, or ſcrape away.* Horat. Pleo. Deleo.

------ *Delere licebit.*
Quod non ediderit. Neſcit vox miſſa reverti

Neo, nevi, netum, fila duco, *to ſpinne.* Ovid. Neo.

Sic fatus, ſic culta fuit, ſic ſtamina nevit.

Cieo, cies, civi citum, teſtibus Diomede & Phoca, Significat moveo, provoco, *to provoake.* Virg. Cieo.

Bella cient, primaq́; vetent conſiſtere terra. Idem.
Ære ciere viros: Martemq́; accendere cantu.

Pro eodem dicitur per quartam cio, quod idem cum illo habet præteritum & ſupinum, niſi quod citum a cieo, priorem corripit, quod declarant compoſita frequentativi cito. ut Excito, oſcito, concito, penult. brevi: Citum autem à cio priorem producit. Vieo, vievi, vietum, antiquum verbum eſt ſignificans ligo & flecto. Vnde vietores dicuntur qui vaſa ligant, ſtipantque. Compoſita ab oleo ſæpè habent evi etum: ut aboleo, abolevi, abolctum *Suet. Hoc decretum Veſpaſianus abolevit.* Habent quandoque ui itum: ut Oboleo, obolui, obolitum. Plaut. *At te Iupiter diique omnes perdant, obolueſti allium.* Oleo, nunc olui, olium habebit ſemper. Adoleo, adolevi, adultum. Oleo Significat odorem emitto, *to favour.* Vt oles cerviſiam, oles hircum. Compoſita hanc ſignificationem ſemper non ſequuntur: ut Aboleo, id eſt, deleo, extra conſuetudinem duco, *to abolish, and put out of uſe.* Exoleo, extra conſuetudinem venio, *to paſſe out of uſe.* Inoleo, invaleo, in uſum venio, *to come in uſe.* Vt non probanda res inolevit. Obſoleo, ſordeo, vel exoleo, *to goe out of uſe.* Tullius: *Obſolevit jam iſta ratio.* Adoleo, creſco, *to grow.* Virg. Cieo. Citum. Vieo. Vietores. Oleo. Aboleo. Exoleo.

------ *Tu fac mox cum adoleverit ætas*
Sis memor ------

Dant

Dant ſi ſum *ſuadet*, *ridet*, *manet*, *hæret*, & *ardet*,
Et *terget*, *mulcet*, *mulget*, *jubeo* geminans ſi.
Indulget ſi, tum, cum *torquet* ſæpius optat.
Sorbeo pſi ptum dat vel normam rite reſervat.
Dans a per i *maneo* minui facit abſque ſupino.
Sic *urget* ſi vult, cum *fulget*, *turget*, & *alget*.

Quædam habent ſi ſum: ut Suadeo, ſuaſi, ſuaſum, &c. Iubeo, juſſi, juſſum, gemino s utrobique. At indulgeo, indulſi, indultum: torqueo, torſi, tortum, ſæpius. Aliquando etiam indulſum, torſum. Sorbeo, ſorpſi, ſorptum. vel ſorbitum.

Compoſita à maneo mutantia a in i breve, habent ui ſine ſupino; ut Emineo, eminui. Sic, id eſt, ſine ſupino. Vrget ſi vult. Vrgeo, urſi, cui conjunguntur. Fulgeo fulſi: turgeo, turſi: algeo, alſi. Suadeo; id eſt, conſulo, *to counſell*. Ovid.

Nox & amor, vinumq; mihi moderabile ſuadent.

Rideo, riſi, riſum, notæ Significationis eſt, *to laugh*. Ponitur aliquando pro derideo, *to ſcorne*: & cum Significatione mutat genus faciens paſſivum rideor. Ovid.

Ridear & merito pectus habere neger.

Maneo. Maneo, manſi, manſum. Sic permaneo, permanſi, permanſum, & quæcunque a non mutant in i. Manere eſt aliquo in loco inſiſtere, aut immorari, *to abyde, or tarrie*. Præterea exſpectare. Terent. *Quem hic manes?* Item Inſtare. Ovid. *Fata manent omnes* -------

In hoc ipſo Significato ponitur immineo. Tull.

Mors propter incertos caſus quotidie imminet.

Eminere, eſt videri, & præ aliis apparere, *to ſhewe above others*. Naſo:

Eminet ante oculos, quod petis ecce tuos.

Hæreo. Hæreo, hæſi, hæſum, *to cleave, or ſticke ſtill*. Terent. *Lingua hæret metu*. Hinc Hæſito, hæſitas, & capitur utrumque pro dubito, *to doubt*, Idem: Hæreo quid faciam. Ardeo, uror, inflammor, *to burne*: ut Domus ardet. Horat.

Ardeo.

Tum tua res agitur paries cum proximus ardet.

Tergeo, terges: vel Tergo, tergis: Terſi, terſum: id eſt, mundo, & nitidum facio, *to cleanſe*. Iuven.

------ *Vaſa aſpera tergeat alter.*

Mulceo. Mulceo & mulgeo habent communia præterita & ſupina Mulſi, mulſum: vel ut jam dicetur, Mulxi, mulctum. Mulcere, Significat lenire, mitigare, *to mitigate*. Hinc Demulceo. Terent.

Non poſſum pati, quin tibi caput demulceam.

Mulg

Mulgere, eſt lac è mammis exprimere, *to milke*. Iubeo, impero, *to commaund*. Virg.

Infandum Regina jubes renovare dolorem.

Admodum inſulſe arbitratur quidam jubere hic poſitum pro rogare: immo & iniquiſſime, non enim tam immemor decori potuit eſſe tantus Poeta: ut Si rogatus à Didone Regina eſſet Æneas faceret eum hoc loco illud agnoſcere factu quodam. Ponitur pro precor, vel opto. Terent.

Iubeo Chremetem ſalvere.

Indulgeo, eſt nimium permittendo obſequor, *to graunt eaſilie, or to make much of*. Terent. *Nimium filio indulges.* Torqueo, flecto, jacto, punio, in gyrum roto, *to bow, or caſt; to torment, to turne round*. Exemplum ultimi. Virg.

----- *Illum ter fluctus ibidem*
Torquet agens circum -----

Sorbere, eſt deglutire molle quippiam, *to ſuppe*. Fulgeo, id eſt, ſplendeo, *to ſhyne*. Vrgeo, id eſt, premo, cogo, compello, feſtino, *to compell, or moleſt*. Turgeo, inflor, tumeo, *to bee bolden*. Turgeſco, turgidus fio. Algeo, id eſt, frigeo, *to bee colde*. Horat. Turgeo.

Qui ſtudet optatam curſu contingere metam.
Multa tulit fecitque puer ſudavit & alſit.

Xi ctum dant *mulcet, mulget, luget* velut *auget.* Xi *friget, lucet, connivet*, at abſque ſupino.

Hęc quatuor verba, Mulceo, Mulgeo, Lugeo, & Augeo, habent xi in præterito, & ctum præcedente c in ſupino. Mulceo, & mulgeo, ſatis patent. Lugeo, luxi, id eſt, doleo, & triſtor, & valde fleo, *to mourne*. Augeo, auxi, in auctum, majus facio, *to augment*. Cicer. *Natura non patitur ut aliorum ſpoliis noſtras facultates augeamus.* Additur his, Sugeo, ſuxi, ſuctum, at invenitur per tertiam ſæpius. *Sugo*, & eſt ſpiritu ſuccum, at traho, unde exugo, & exugeo, *to ſucke*. Lugeo.

Tria verba faciunt xi in præterito, abſque ſupino: Frigeo, frixi: Luceo, luxi: Conniveo, connixi: quod etiam connivi habet, ut dictum eſt. Frigeo, ſum frigidus, *to bee colde*. Luceo, lucem emitto, *to ſhyne*. Alluceo, ad aliquid luceo. In Pſalmos. Alluxerunt fulgura ejus orbi terræ. Colluceo, Simul luceo. Virg. *Mœnia colluxere flammis.* Elucco, emitto lucem. Illuceo, lucem immitto. Perluceo, vel r in l verſo: Pelluceo, tranſluceo. Plaut. Luceo.

Pellucet quaſi laterna punica.

TERTIA CONIVGATIO.

Vlt xi ctumque cio: *facit* & *jacit*, ecit & actum. *Elicio* per ui dat itum, fratres mage xi ctum.

Verbum tertiæ conjugationis deſinens in cio, dat xi in præterito, & ctum per ct in ſupino: ut Aſpicio, aſpexi, aſpectum. Excipiuntur facio, feci, factum: Iacio, jeci, jactum. Quorum compoſita quæ mutant a in i brevi, faciunt ſupina in ectum per regulam. A quoties mutatur in i, per e ponò ſupina: ut Inficio, infeci, infectum: Injicio, injeci, injectum. Quę cum verbis vel adverbiis componuntur, ſequuntur Simplex, ut Calefacio, eci, actum, Sic bene facio, malefacio. Compoſita cum nominibus tranſeunt in primam conjugat. Magnifico, Lætifico.

Elicio. Elicio magis habet Elicui, elicitum, quam Elexi, electum, Significat blandè & ſenſim educo, *to draw out*. Reliqua ejuſdem compoſitionis magis xi ctum faciunt: ut Pellicio, pellexi, pellectum. Terent. in phormione: *Is ſenem per epiſtolas pellexit, modo non monteis auri pollicens*. Simplex Lacio inuſitatum eſt, Significabat in fraudem duco. Sic exolevit ſpecio, video, compoſitis utimur, quę ſunt Deſpicio, deſpexi, deſpectum. Reſpicio, inſpicio, perſpicio, &c. mutan: e Simplicis in i breve.

Facio. Facio quid proprie ſignificet notum eſt. Olim paſſivum habuit factor, pro quo nunc fio utimur.

Iacio. Iacio, jacis, jacere, *to caſt*.

Objicio. Objicio, contra jacio, *objecit, or caſt againſt*. Saluſt. *Ea ſi tibi falſo objicio, refelle*.

Rejicio. Rejicio, rurſum, jacio, *to caſt away, or refuſe*. Virg.

----- *Ex humeris rejecit amictum.*

Dic fodi foſſum, gemino ſſ, fugi fugitumque.

Fodio, facit fodi, foſſum gemino ſſ: fugio autem fugi, fugitum. Fodio, terram eruo, *to delue* Fugio vito, currendo relinquo, *to flee*. Compoſita utriuſque fo & fu ſyllabas corripiunt exceptis præteritis & ab eis formatis. Dicimus enim penult. brevibus effodit refugit in præſenti: ut eiſdem longis effodit, refugit in præterito. Nam fodi, fugi, præterita ſunt diſſyllaba.

Ivi itumque *cupit*, *ſapit* ivi & ui, dat, itumque, Dic *capio*, cepi captum, *rapio*, rapui ptum.

Cupio, facit cupivi, cupitum: Sapio, ſapivi, ſapitum: penult. longa, quia olim fuerunt quartę conjugat. Verum ſapio nunc

nunc ſæpius quidem facit Sapui, ſapitum, penult. brevi. Capio, cepi, captum: Rapio, rapui, raptum. Sapio, Significat ſaporem habeo, aut ſapientiam, *to have savour, or to bee wiſe.* Cupio, deſidero, *to deſire.* Capio apprehendo intelligo contineo, *to take, or underſtand.* Rapio, violenter aufero, *to reave.* Horum omnium prima ſyllaba corripitur in compoſitis: ut Percupio, percupis. Reliquorum compoſita mutant a in i.

Horat. *Miſce ſtultitiam conſiliis brevem.*
Dulce eſt deſipere in loco. Mart. *Accipe quamprimum brevis eſt occaſio lucri.* Seneca. *Nil eripit fortuna niſi quod dedit.*

Dat *pario* peperi partum, paritum. *Quatio*que,
Dat quaſſi quaſſum: cuſſi cuſſum dabo proli.

In rio unicum verbum Pario dat peperi, partum, vel paritum. Hinc pariturus illinc partus, in tio Simplex unicum eſt. Quatio, quaſſi, quaſſum. Præteritum quaſſi non eſt in uſu, teſte Caniſio. Compoſita ſunt concutio, diſcutio, excutio, percutio, &c. quę omnia breviant ſecundam: & in præterito cuſſi: & ſupinis cuſſum habent: parere propriè fœminarum eſt, Significat prolem producere, *to bring foorth children:* & metaphoricos. Terent. ait Obſequium amicos. Veritas odium parit. Quatio, concutio agito, *to ſhake:* ut Quatio arborem.

Vult uo ſemper ui, dans utum: vult *ſtruo* xi ctum:
Datque *fluo* xi xum, *pluo* vi vel ui dat & utum.
Vultque *ruo* ruitum: dat utum proles tibi ſolum.
Nulla ſupina dabunt *metuo*, *luo*, *congruo*, ſicut
Annuo cum ſociis: *cluo*, *reſpuo*, & *ingruo* junctis.

Verba in uo per diviſas ſyllab. deſinentia, faciunt in præteritis ui per div. ſyllabas: & in ſupinis utum penult. longa: ut Arguo, argui, argutum, id eſt, accuſo & reprehendo, *to accuſe, or reproue:* ut Arguo te furti. Item oſtendo vel indico. Virg. *Degeneres animos timor arguit.* Imbuo, impleo, ac etiam profundo, *to weet, or to inſtruct.* Horat. *Quo ſemel eſt imbuta recens ſervabit odorem Teſta diu.* A lavo compoſita hujus conjugationis ſunt, & in luo deſinunt: ut Diluo, dilui, dilutum: aqua vel alio quopiam humore purgo, *to waſh, or put away.* Excipiuntur quædam à regula, Struo facit ſtruxi, ſtructum, id eſt, paro, aut facio ædificium, *to builde.* Fluo, fluxi, fluxum, proprium eſt liquorum fluentium, *to flow:* ut aqua fluit, Arguo. Imbuo.

Oleum fluit. Affluo, ad aliquid fluo vel abundo, *to abound.*

Pluo. Ovid. *Affluit incautis deſidioſus amor.* Pluo, plui: vel plui, plutum, raro legitur niſi in tertia perſona ſingularis quia exemptæ actionis eſt, *to raine.*

Ruo. Ruo, rui, ruitum, cado aut cum impetu curro, *to fall, or runne with force.* Virg. *Quo moriture ruis majorem viribus audes?* Compoſita non itum, ſed utum volunt penult. brevi: ut Diruo, dirui, dirutum, id eſt, demolior & deſtruo, *to caſt downe, or deſtroy.* Quadam ſequuntur regulam in præteritis, ſed carent ſupinis: ut, m tuo, id eſt, timeo, *to feare.* Luo, ſolvo, *to ſatisfie, or ſuffer.* Virg.

Poſt mihi non ſimili pœna commiſſa luetis.

Item congruo & annuo, cum congenitis: quæ ſunt abnuo, renuo, &c. Quibus adduntur ingruo, id eſt, invado, *to invade.* Cluo, ſplendeo, pugno, *to ſhine, or fight:* & reſpuo, repudio, contemno, *to refuſe.* Spuo tamen & nuo habent ſupina quemadmodum forte & luo, & abnuo. Inveniuntur enim luiturus & abnuiturus participia. Nuo Significat caput moveo, aut capite indico aliquid, *to nod.* Hinc Annuere eſt aſſentiri. Renuere & abnuere negare. Compoſita à lavo in uo ſunt hujus regulæ, Diluo, dilui, dilutum: Colluo, collui, collutum.

Bi, bo, bitumque facit, *Scabo, lambo* carento ſupinis.
Vt *cubo* ſic proles, dant *ſcribo*, *nubo*que pſi ptum.

Verbum deſinens in bo facit bi in præterito, & bitum in ſupino: ut Bibo, bibi, bibitum, *to drinke.* Naſo:

Sæpe bibit ſuccos quamvis invitus amaros.

Deglubo, deglubi, deglubitum, excorio, *to flay.* Suet. *Tiberii verbum eſt.* Boni paſtoris tondere pecus, & non deglubere.

Scabo. Scabo, ſcabi, frico, *to rub.* Lucilius:

Scaberat ut porcus contritis arbore coſtis.

Lambo. Lambo, lambi, lingo, *to licke.* Hieronym. in lib. Iudicum, uſus eſt lambui. Supina ſcabitum, lambitum, non ſunt in uſu: Compoſita à cubo in cumbo per tertiam deſinunt, & adjecto in præteritis & ſupinis m faciunt cubui, cubitum: ut cubo: velut procumbo, procubui, procubitum. Patent hæc in prima conjugatione: Scribo, ſcripſi, ſcriptum, id eſt, literas formo,

Nubo. *to wryte.* Nubo, nupſi, viro trador, *to be married.* Compoſita à ſcribo producunt penultimam, à bibo corripiunt ubique.

In vi, tum muta ſco. *Paſco* dat tibi paſtum.
***Agnoſco, cognoſco* dabis per itum. Nihil autem**
***Gliſco* dabit, velut inceptiva. *Poposcit* habeto.**

Poſce-

Poſcere: Vult *diſco* didici: *compeſcit* ui *diſ.*
Hæc per itum flectam, *Conquexi* tolle ſupinum.

Verbum deſinens in ſco, mutat ſco in vi ſyllabam & tum: ut Creſco, crevi, cretum: noſco, novi, notum: ſueſco, ſuevi, ſuetum. Excipiuntur à regula paſco, agnoſco, cognoſco: quæ præterita regulariter formant. pavi, cognovi, agnovi. Supina verò contra regulam paſtum, cognitum, agnitum. Legimus tamen ai quando regulariter agnotum. Noſco, notum in uſu habet. Videtur enim noſcitum aliquando habuiſſe, unde ſunt noſciturus & ignoſciturus participia. Gliſco caret præterito & ſupino. Item præteritis & ſupinis carent verba inceptiva, id eſt, inchoativæ formæ ſaltem propriis. Capiunt autem præterita à primitivis: ut Caleſco, calui: tepeſco, tepui. Quarum ſignificatio alia eſt quando his tribuuntur, quam ubi dantur primitivis: nam calui à caleſco ſignificat calidus factus ſum calui à Caleo idem eſt quod calidus fui. Vide Vallam. Præterea tolluntur Poſco, popoſci: diſco, didici: compeſco, compeſcui: diſpeſco, diſpeſcui: quæ quatuor faciunt ſupina in itum: ut poſcitum, diſcitum, compeſcitum, diſpeſcitum: ſed ſunt raro in uſu. Conquiniſco, conquexi ſine ſupino dicimus.

Creſco, id eſt, augeor, *to grow.* Iuvenal. Creſco.

Creſcit amor nummi quantum ipſa pecunia creſcit.

Noſco, non ignoro, conſidero, *to know*: ut Delphicum oraculum eſt. Noſce teipſum. Agnoſco, Cognoſco fermè ſignificant idem quod noſco. Ovid. Noſco.

—— *Fama celebrata per orbem.*
Littera cognoſci quæ ſibi quemq; jubet.

Ignoſco, veniam do, *to forgive.* Terent. *Pater obſecro ut mihi ignoſcas.* Sueſco, id eſt, ſoleo, *to uſe.* Cicero Metello. *A te id quod ſuevi peto, me abſentem diligas atque defendas.* Deſueſco, id eſt, conſuetudinem perdo, *to miſuſe.* Inſueſco, valde ſueſco. Terent. in adelphis: *Qui mentiri aut fallere inſueverit patrem, tanto magis audebit cæteros.* Paſco, id eſt, nutrio, *to feede*: Paſce oves meas. Paſco herbam idem eſt, quod edo herbam. Gliſco, id eſt, creſco, *to grow.* Poſcere, eſt imperioſe rogare, *to aske.* Repoſco, repeto, *to aske againe.* Depoſco, valde poſco. Expoſco idem. Diſco, capio doctrinam, *to learne.* Dediſco, negligo quæ didici, *to forget things learned.* Plaut. *Haud æquum facit, qui quod didicit dediſcit.* Ediſco, id eſt, memoriter diſco, *to learne perquaere.* Addiſco bene diſco, *to learne well.* Compeſco, id eſt, coerceo, cohibeo, domo, *to ſtay, or ſtraine.* Iuven. —— *Digito compeſce labellum.* Diſpeſco, id eſt, ſeparo, dirimo, *to ſunder.* Plin. *Nilus Affri-* Ignoſco. Sueſco. Deſueſco Paſco. Gliſco. Poſcere. Repoſco. Diſco. Dediſco. Ediſco. Addiſco. Cõpeſco. Diſpeſco

cam ab Ægypto diſpeſcit. Conquiniſco, caput inclino. Oc-quiniſco, Sine præterito & ſupino, idem eſt.

N mota ci, ctum *vinco* dat: *dico*que xi ctum:
Vt *duco*, *parco*, ſi ſumque *pepercit* itumque
*I*cere ci ctum vult. In di ſum do bene vertes. DO.

Vinco facit vici, victum, ablata n litera: dico, dixi, dictum:
Parco. duco, duxi, ductum: parco, parſi, parſum, vel peperci, parci-tum: ico, ici, ictum. De parcitum: quia aliqui negant parco, peperci, ſupinum habere. Plin. lib. 13. *Italiæ parcitum eſt,*
Vinco. *vetere interdicto Patrum.* Vinco, ſupero, *to over-come.* Cicero: *Facile eſt vincere non repugnantes.* Convinco, devinco, evinco,
Dico. idem. Dico ſplendide loquor, pronuncio & nomino, *to ſay, or*
Duco. *ſpeake.* Duco, notum eſt, *to leade.* Seneca: *Fata volentem ducunt, nolentem trahunt.* Capitur pro judicare & exiſtimare. Virg.

—— *Tanton' me crimine dignum*
Duxiſti? ——

Parco, ſignificat abſtineo & veniam do, *to ſpare, or forgive.* Ico, percutio, *to ſtrike.* Plaut. *Fulmine lauros ſola non icitur.*

In di ſum do bene vertes) Do mutatur in di & ſum: ut
Mando. Mando, mandi, manſum, i. comedo vel dentibus conficio, *to*
Scando. *eat, or chaw.* Scando, ſcandi, ſcanſum, *to climbe.* Defendo, defen-
Defendo. di, defenſum, i. protego, *to defend.* Incendo, incendi, incenſum,
Incendo. eſt accendo, i. ardore facio, *to kindle.* Exceptiones ſequuntur.

Tollo *cado* cecidi caſum, *pandi* cape paſſum,
Edi ſum vel ſtum dat, *pedo* pepedit itumque:
Cædo cecidit habet: ſic *pendo* pependit: & in ſum
Fiet utrumque: quib⁹ par *tendo* eſt, dans quoq; tentū.

Cado, cecidi, caſum: pando, pandi, paſſum. Edo pro comedo: edi, eſum, vel eſtum. Pedo, pepedi, peditum. Cado cum æ diphthongo cæcidi, cæſum: pendo, pependi, penſum: tendo, tetendi, tenſum, vel tentum. Cado, i. ruo, *to fall*; ut cecidit
Compoſita in foveam quam fecit. Compoſita mutant a in i breve: ut
à *Cado* occido, occidi, occaſum, i. deſcendo, deorſum ruo, *to fall down*:
& Cædo. ut Sol occidit. Et morior, *to die*: ut in Epitaphio Tullii.

Ovid. *Occidit indigne manibus laceratus iniquis*
Tullius, ah tumulo conditus exiguo.

Procido, ante aliquem cado, *to fall before.* Recido, iterum cado, *to fall againe.* Excido, incido, decido, ſatis nota ſunt. Con-

tra producunt penult. compoſita verbi Cædo, id eſt, ſeco, amputo, vel percutio, *to cut, ſtrike, or ſlay*: ut Circumcido Recido, i. reſeco, *to cut about*. Incido, inſeco, *to cut in*. Decido deſeco.

Pando, aperio vel ſpargo, *to open, or caſt abroad*. Virg. Pando.

Ecce trahebatur paſſis Priameia virgo
Crinibus. ------

Pedo, ventris crepitum facio: ſupinum eſt peditum, licet non ſit multum frequens; *to fart, or ſtinke*. Pendo, in ſublimi figo, ſuſpendo, *to hang*: ut pendet furem vel togam. Tendo, expando, *to bend, or ſtretch out*. Virg. *Tendunt vela noti.* ----

Pedo. Pendo. Tendo.

Horat. *Sperat infeſtis, metuit ſecundis,*
Alteram ſortem bene præparatum
Pectus: informes hyemes reducit
Iuppiter idem
Submovet. Non ſi male nunc, & olim
Sic erit. Quondam cythara tacentem
Suſcitat Muſam, neque ſemper arcum
Tendit Apollo.

Quod *do* componit, didit atque ditum dabit uſque:
Dic tamen *abſcondi*, quod itum poſcit mage quã ſumi.
Sido præteritum neſcit: *rudo*, *ſtrido* ſupinum.

Compoſitum tertiæ conjugat. à do facit didi in præterito & ditum in ſupino: ut Addo, addidi, additum. i. jungo; *to eike*. Edo, i. publico, *to publiſh*. Mart. *Quum tua non edas carpi mea carmina Lali: Carpere vel noli noſtra, vel ede tua.*

Trado, in poteſtatem alterius transfero, *to deliver*. Dedo idem eſt. Terent. *Tibi pater me dedo, quidvis oneris impone ac impera*. Condo, facio, ſtruo, *to make, or build*: ut Condo carmen. Condo domum. Quandoque æquipollet ſuis compoſitis recondo & abſcondo, *to hide*. Plin. *Formica condunt æſtate fructus quibus hyeme fruantur*. Abſcondo, Sine geminatione abſcondi facit, & abſconditum melius quam abſconſum, teſte Diomede. ¶ Sido præteritum neſcit) Sido proprio præterito caret ob id etiam ſupino. Propter Significationis cognationem præteritum à ſedeo capere dicitur. Significat enim ſidere, demittere ſe, *to ſettle, or ſinke downe*: ut declarat Valla Virg. de avibus loquens: *Sedibus optatis gemina ſuper arbore ſidunt*. Rudo, rudi: Strido, ſtridi, ſupina non agnoſcunt. Rudere eſt graviter ſonare, aſinis competit proprie, *to bray lyke an aſſe*. Perſ. de irato juvene. *Finditur, Arcadia pecuaria rudere credas*. Strido eſt idem quod ſtrideo, *to ſhreike, or neyſe*.

Trado. Condo. Abſcondo. Sido. Rudo. Strido.

Tundo facit tutudi tunſum, compoſtaque tuſum
Scindo ſcidi ſciſſum dat: *findo* fidi quoque fiſſum
Et *fundo* fudi fuſum. Si ſum dato *ludo*,
Divido, cum *vado*, *rado*, ceu *lædere*, *trudo*,
Et *rodo*, *plaudo*, *claudo*, & *cedo* geminans ſſ.

Tundo facit tutudi geminans principium præteriti: in ſupino autem tunſum: in compoſitis ablata n litera, tuſum facit: ut Contundo, contudi, contuſum. Imo & ipſum Simplex quandoque tuſum invenitur habere. Scindo, cidi, ſciſſum: & Findo fidi, ſiſſum, perdunt n tam in præterito quam in ſupino ubi geminant ſſ. Fundo, fudi, fuſum non geminat ſſ, ſed perdit n tam in præterito quam in ſupino. Tundo, i percutio, pulſo & in vaſe quidpiam comminuo, *to bray*. Contundo, ſimul tundo. Obtundo, hebeto, nimiis verbis moleſto, *to dull*. Terent. *Ne me de hac re obtundas ſapius*. Scindere, *to cut*. Abſcindo, amputo, *to cut away*. Exſcindo, deſtruo, vel ex aquilo ſcindo, *to deſtroy*. Reſcindo, iterum ſcindo vel ſolvo, *to cut againe, or looſe*: ut Reſcindo pactum. Compoſita a ſcindo & findo in præterito corripiunt penult. ut diffindo, diffidi, diffiſſum. Findere eſt diſſecare, *to cleave*. Hinc dicimus ligna fiſſilia, fiſſa. Fundo fundis, liquidum ſpargo, *to yet, or powre foorth*: ut Fundo aquam. Fundo ollam, i. olam fundendo facio. Fuſile, quod fundendo formatur: ut Fuſilis ſtatua.

Scindo.

Fundo.

¶ Si ſum dato ludo) Decem verba mutant do in ſi ſum: ut Ludo, luſi, luſum: & cætera verſibus comprehenſa: inter quæ cedo geminat ſſ utrobique: ut ceſſi ceſſum. Ludo ludum exerceo, & jocor, *to play, or mow*. Plin. *Ludere me putas, ſerio peto*. Item decipio, *to deceive*. Virg. *Multa malus ſimulans vana ſpe luſit amantem*. Divido, partior, *to part*. Vado, eo, *to goe*. Rado, eſt cultro, aut quavis re acuta decerpo, *to ſhave*: ut Rado barbam, rado ollam, rado terram. Corrado, ſumma diligentia colligo, *to gather together*. Terent. *Mimas decem corraſi itaque*. Lædo, dolore afficio, aut malum infero, *to hurt*. Compoſita mutant æ diph. in i longum: ut allido, alliſi, alliſum, ad aliquid lædo, *to bruiſe*. Collido, fortiter concutio, vel occido, *to bruiſe together, or ſlay*. Illido, impellendo lædo. Trudo, manibus pedibuſque, aut alia re impello, *to put away by force*. Mola truſatilis, quæ manibus verſatur. Extrudo, expello, *to put out*. Intrudo, vi induco, *to put in by force*. Detrudo, repello, *to repell*. Rodere, *to gnaw*: ut Mus rodit caſeum caper vitem, canis oſſa. Corrodo, contero. Erodo, dentibus effodio. Plaudo, concuſſis manibus de re bene geſta gratulor, *to clap hands for joy*. Applaudo,

Ludo.

Lædo.

Trudo.

Rodo.

Plaudo.

plaudo, alicui plaudo. Claudo clauſi, clauſum, vel vetuſtius Cludo, cluſi, cluſum, operiendo munio, *to ſhut*. Compoſita magis á cludo videntur orta, quam á claudo, ut includo, excludo, *to ſhut out*. Recludo, i. aperio, *to open*. Secludo, ſeorſum claudo ut ſit ſolus, *to cloſe by apart*. Concludo, ſimul claudo, & omnem exitum eripio, *to cloſe together, or impriſon*. Cedo, ſine diphthongo, i. abeo & locum do, *to give place*. Naſo. Claudo.

Cede repugnanti, cedendo victor abibis.

Huic non abſimile illud Quintiliam. Vbi neceſſe eſt vinci, expedit cedere. Etiam cedo ſignificat in partem venio. Ovid.

Ceſſerunt nitidis habitanda piſcibus unda.

Succedo ſequor, & in locum alterius venio, *to ſucceed*: ut Petro ſucceſſit Linus. Secedo, ſeorſum eo, *to withdraw aſide*. Seceſſus, ſecretus locus, Diom. cum Cariſio & Phoca dicunt. Cudo, cudi vel cuſi habere: ſed deſunt illis teſtimonia. Rectius itaque Priſc. ait cudi cuſum, per regulam. In diſum do bene vertes, ſignificat ferio, percutio, *to ſtrike*. Sic excudit præteritum eſt teſte Serv. apud Virg. Æn. *At primum ſilicis ſcintillam excudit Achates. Suſceptáq; ignem foliis.* ---- i. feriendo ejecit.

Go vel guo xi ctumque facit. Tamen iſta ſupinis
N tollunt, *pingo*, *ſtringo*, cum *fingere*, *ringo*.
Tango facit tetigi tactum: dat *ago* egit & actum
Vult *frango* fregi fractum. *Pego* pepigíque,
Et panxi pactum *pango*, capiet *lego* gi ctum.
At xi ctumque dabunt *intelligo*, *negligo*, *dili*.
Dat *pungo* pupugi punxi: punctum venit inde.

Verbum in go vel in guo deſinens, facit xi in præterito, & ctum in ſupino præcedente c: ut Affligo, afflixi, afflictum, i. crucio vel moleſto, *to trouble and moleſt*. Confligo, pugno, *to fight*. Infligo, incutio. Plaut. *Inflixit mihi vulnus*. Producunt hæc penult. quorum ſimplex fligo obſolevit. Rego, rexi, rectum guberno, *to governe*. Compoſita mutant e in i brevem: ut Arrigo, i. clevo, *to lift up*. Terent. *Arrige aures Pamphile*. Corrigo, i. emendo, *to amend*. Terent. *Si quid peccatum eſt, arte corrigas: pergo perrexi, ſurgo ſurrexi: quia cum ſint a rego, dictum eſt porrigo, ſurrigo*. Pergo ſignificat in re quavis procedo, *to go, or proceede*. Terent. *Si pergis abiero*. Surgo notum eſt, *to riſe*. Aſſurgo honoris exhibendi gratia ſurgo. Inſurgo, contra aliquem ſurgo ad reſiſtendum, *to riſe in contrary*. Affligo. Confligo. Rego. Aſſurgo.

Stinguo. Stinguo, ſtinxi, ſtinctum, i. deleo. *to put away.* Lucr. lib. 11.
Inſtinguo. *Stinguit colorem.* obſolevit. Compoſita in uſu ſunt. Inſtinguo, inſpiro, *to inſpire.* Diſtinguo diſcerno, *to divide.* Reſtinguo, reprimo, cohibeo, deleo, *to repell, or reſtraine.* Exſtinguo, i. deleo, morte afficio, *to put out, or ſlay.* Horat.

Reſtinguo. *Vrit enim fulgore ſuo qui pragavat artes*
Infra ſe poſitas: exſtinctus amabitur idem.

Exſtinguo. ¶ Tamen iſta ſupinis) Excipiuntur à regula quædam & primo quatuor, quæ recte præteritum formantia, in ſupino perdunt n: ut Pingo, pinxi, pictum, i. formam alicujus rei,
Pingo. ductis lineis repræſento, *to paint.* Stringo, ſtrinxi, ſtrictum, i.
Stringo. premo & arcto, *to ſtraine.* Plin. *Apprehenſâ famâ, manum ſtrinxit.*
Fingo. Fingo, finxi, fictum. Simulo, excogito, formo, *to faine, or faſhion.* Saluſt. *Omnes homines qui ſtudent ſeſe præſtare cæteris animantibus, ſummâ ope ni iderent, ne vitam ſilentio tranſigant, veluti pecora, quæ natura prona, atque ventri obedientia finxit.*
Ringo. Ringo, rinxi, rictum, vel ringor, os torquens: ut canes latraturi ſaiunt, *to girne.* Item iraſcor, convicior, *to bee angrie.*
Iraſcor. Terent. *Ille ringitur, tu rides.* Diomed. & Priſc addunt mingo, minxi, mictum, quod carminibus non incluſi. Mancinellus etiam pluresque alii, cenſent barbarum aut certe obſoletum, quia doctiſſimus quiſque meio dicit: cui aſſignavimus minxi, mictum. Nec præterita, nec ſupina, juxta regulam
Tango. formant hæc. Tango, tetigi, tactum. Ago, egi, actum, notæ
Cogo. Significationis verbi. Ab hoc quia Cogo eſt, facit cogi, coactum, & Significat compello, *to compell:* ut Neceſſitas me coegit, & in unum ago, *to gather together.* Virg.

Tityre coge pecus.

Frango. Frango, fregi, fractum, rumpo, deſtruo. Pango, pepigi, pegi, panxi, pactum in ſupino. A Quint. ait pepigi eſſe ab antiquo verbo pago, quod paciſcor ſignificat. Pango ſigo, con-
Pango. jungo, conſcribo, *to faſten, to make, or write.* Cic. Tit. An pangis aliquid Sophocleum? Fac opus appareat. Lego, legi, lectum Sic omnia ejus compoſita exceptis tribus. Intelligo,
Lego. intellexi: negligo, neglexi: diligo, dilexi. Pungo, pupugi, vel
Pungo. punxi, punctum, id eſt, ſtimulo, morſum vel aculeum infigo, *to pricke, or ſting.* Con poſita pleraque faciunt xi.

Dant ſi ſum *ſpargo*, *mergo*, *tergoque*. Locabis
Per xi xum *figo*, *frigoque*. Carento ſupinis.
Cum *lego*, *ſatago* *Jugo*, ceu *lingit* & *angit*.
Vergo tenet neutrum, velut *ambigit*. Ho dato xi, ctum.

Mejo

Mejo facit minxi mictum: cave dicere *mingo*.

Hæc tria verba, Spargo, Mergo, Tergo, faciunt ſi & ſum: ut Sparſi, ſparſum: merſi, merſum: terſi, terſum. Spargo. i. late projicio, *to ſcatter abroad*. Virg. *Sparge marite nuces.* Spargite humum floribus. Mergo, id eſt, humori immitto, *to donke, or drowne.* Græcè baptizo dicitur. Tergo, i. tergeo. *to dight.* Detergo idem ſignificat. Duo habent xi in præterito, & xum in ſupino, ſcilicet Figo, fixi, fixum, & Frigo, frixi, frixum. Figo, i. firmum facio, & acumine perforo, *to faſten.* Hieron. Cerne manus Iudææ, quas fixeras cerne latus Romane quod foderas. Frigo i torreo propriè in ſartagine, *to fry.* Frixorium idem eſt quod ſartago, *a frying pan.* Hier. in Eſa. *Confixa ſunt oſſa mea tanquam in frixorio.* Quædam verba in go terminata, aut raro aut nunquam habent ſupina: ut Dego & ſatago ab ago compoſita. Sugo, ſuxi, notę ſignificationis, *to ſucke.* Lingo, linxi, i. lambo, *to licke.* Plaut. *Mel mihi videtur lingere.* Ango, anxi, i. crucio, premo, vexo. *to torment, or trouble.* Vergo, verſi, verſum, debuit habere: ſed neutrum eſt in uſu. Vergo ſignificat declino, aut potius tendo, *to paſſe toward.* Cic. *Perſpice quo iſta vergant, mihiq; reſcribe.* Vtroque caret etiam ambigo, quod propriè circumago ſignificat, *to drive about:* frequenter etiam dubito, *to doubt.* Ter. in Heau. *Simo & Crito vicini noſtri hic ambigunt de finibus: me cepere arbitrum.* Dego, propriè aufero ſignificat, *to take away.* Plaut *Iſtum lalorem ſoror degam, & diminuam tibi.* Item tranſigo, *to linc, or dwell in a place:* ut Scipio degit vitam Linterni. Satago, ſolicite ago, ſeu laboro, *to be very carefull, and diligent.*

Spargo.

Mergo.

Tergo.

Frigo.

Ango.

Vergo.

¶ Ho dato xi ctum] Duo ſunt verba in ho, & faciunt xi in pręterito, & ctum pręcedente c in ſupino: ut Traho, traxi, tractum. veho, vexi, vectum. Traho, vi ad me rapio, *to dran with force.* Hinc trahea, & traha, vehiculum ſine rotis. Contraho, in unum traho vel colligo, *to dran together.*

Traho.

Horat. *Contrahas vente nimium ſecundo Turgida vela.*

Vehere ſignificat plauſtro, aut quadrupede deportare, *to cary.* Plurima ſunt hinc compoſita inter quę veho & proveho: ſępè idem valent quod extollo & promoveo, *to extoll, & advance.*

Virg. ---- *Pauci quos æquus amavit*
Iuppiter, aut ardens evexit ad æthera virtus.

Livius, Ad ſummos honores, alios ſcientia juris, alios eloquentia, alios gloria militaris provexit. In jo per j conſonantem unicum eſt verbū Mejo: pro quo mendoſe paſſim inveniri mingo, teſtatur Nebriſſenſis, facit autem minxi, mictum ſignificatq; urinam reddo, *to piſſe.* Perſ. --- *Sacer eſt locus, extra Mejite* ---

Lo dat ui, *colo*, *consolo*, & *occolo* dantur in ultum.
Altum dic vel itum: molitum *molo*, *celloque* celsum.
Callo facit ceculi culsum: *pepuli* dato pulsum,
Velli, vel vulsi, dat vulsum: *fallo* fefelli
Falsum. Sublatum dat *tollo*, *sustulit*, atque
Sallo facit salli salsum. *Psallo* dato psalli.
Nulla supina dabunt *psallo*, *volo*: jungito prolem.

Verbum desinens in lo, facit præteritum in ui: ut Co'o, colui: Alo, alui: Consulo, consului: Occulo, occului: Cello, cellui: Molo, molui. Inter hæc colo, consulo, & occulo faciunt supinum in ultum: ut Cultum, Consultum, Occultum. Alo dat altum, vel alitum: Molo, solum molitum: unde nomen molitor. Cello, *Sine diphth.* celsum facit: unde nomina celsus, & excelsus. Callo, cum æ diph. ceculi culsum facit. Pello, facit pepuli pulsum. Vello, velli: Vulsi, vulsum. Fallo facit fefelli, falsum: Tollo, sustuli sublatum, a composito suo sustollo: olim fecet tetuli. Sallo, facit salli, salsum. Psallo, psalli, supino caret: ut Volo, volui.

Colo. *Colo*, inter cætera adoro, & veneror Significat, *to worship, or to have in reverence*. Macr. Vectius cum monumentum patris exarasset, ait Augustus, hoc est vere monumentum patris colere. Consulo cum dativo est consilium do, *to give counsell*: ut Senes junioribus consulunt, & provideo: ut Male consuluisti famæ tuæ. Consulo, cum accusativo peto consilium, *to aske counsell*. Si conscientia urgeat, Sacerdotem consulito. Occulo, abscondo Occulto, idem, *to hyde*. Alo i. nutrio, & augeo, ubi de incorporeis loquimur, *to nourish, or maintaine*: ut Honos alit artes.

Consulo.

Cello. Molo, mola, tero, vel comminuo, *to grynde*. Cello. Sive diphthongo, i. cedo, jam obsolevit. Composita in usu sunt, Excello, antecello. Præcello i. præcedo. & supero, *to excell all*. Dicimus quoque per secundam Excelleo. Callo, cum æ diphthongo, i cædo, vel frango, extra compositionem jam non utimur. Composita Percallo, & Procallo, Significant percutio, everto, *to breake, or over-throw*. Hinc Procella, id est, vis venti cum pluvia, nec durans & in mari potius quam in terra, *a Storme*.

Cællo.

Pello. Pello, rejicio, removeo, *to put away*. Boetius, de Consolatione Philosoph. Lib. 1.

Gaudia pelle,
Pelle timorem,
Spemq; fugato.
Nec dolor adsit,
Nubila mens est,
Vitiag; frenis,
Hæc ubi regnant.

Vello,

Vello, id eſt, carpo, exſtirpo, *to plucke*. Fallo, decipio, *to deceiue*. Ter. *Eho, quæſo laudas eos, qui heros fallunt?* Res fallit me, id eſt, Neſcio, latet me. Horat. Vello.

Nec vixit male qui natus moriensq; fefellit.

Tollo, prçter alia, Significat in altum levo, & ſummoveo, vel eneco, *to lift vp, or take away: or to ſlay*. Vtrumque Significatum perſpicitur ex illo in Neronem Diſticho: Tollo.

Quis neget Æneæ magna de ſtirpe Neronem?
Suſtulit hic Matrem, ſuſtulit ille Patrem.

Sallo, ſale condio, vel conſpergo, *to ſalt*. Salſus, ſale conſperſus, & qui ſalibus & ſcommatis hominem aſpergere novit: ut apud Horat. *Salſus homo*. Inſulſus, non ſalſus, & ineptus. Pſallo, præcedente p, cano, & propriè inſtrumento muſico, *to ſing, or play on Inſtrumentes*. Saluſt. *Pſallere & cantare doctius quam probæ muliери ſatis eſt*. Sallo. Pſallo.

Mo per ui, dat itum. *Tremo* ponitur abſque ſupino. Dant pſi ptum *demo, promo*, cum *ſumere, como*: Vult *emit* emi emptum: geminans ſ, dat *premo*, ſi ſum.

Verbum deſinens in mo, facit ui per diviſas ſyllabas, & itum: ut Vomo, vomui, vomitum; id eſt, per os ejicio, *to vomit*. Fremo, fremui, fremitum, graviter & confuſe ſono, *to roare, and make a noyſe*. Tremo, tremui, caret ſupino, commoveor, agitor Significat, *to tremble*. Quatuor in mo habent pſi ptum: ut Demo, dempſi, demptum: Promo, prompſi, promptum: Sumo, ſumpſi, ſumptum: Como, compſi, comptum. Demo, id eſt, aufero, *to take away*. Horat. *Demo ſupercilio nubem*. Promo, id eſt, Profero, eloquor, expono, *to bring foorth, or expone*. Plaut. *Prompſiſti tu illi Vinum? non prompſi*. Sumo, accipio, & arroganter tribuo, *to take*. Cicero: *Quanquam non mihi tantum ſumo Iudices, atque arrogo*. Como, id eſt, Orno, & maximè capillos, *to dreſſe, and make trimme*. Comptus, Ornatus: Incomptus, Inornatus. Emo, emi, emptum, Mercor, *to buy*: ut, Emi Librum. Compoſita mutant e in i breve: ut, Redimo, redemi, redemptum, id eſt, Rurſum emo, vel libero, *to buy againe*. Adimo, aufero, *to take*. Ovid: *Nam vires adimit Veneris damnoſa voluptas*. Premo, preſſi, preſſum, utrobique gemino ſſ, calco, vel innitor alicui rei cum pondere, *to treade downe, or preſſe*. Compoſita mutant e in i breve: ut, exprimo premendo, extrudo, *to preſſe out*. Et etiam Eloquor, *to ſpeake out*. Plin. *Exprimere non poſſum quanto gaudio ſum affectus*.

Scaurus & Victorius, Demoſi, demtum: Promſi, promtum: Sumſi, ſumtum: & ſimilia, ſine p eſſe ſcribenda docent. Nam p characteriſtica litera non eſt, & præter naturam vocis interponitur.

Tonere cum

Ponere cum *gigno* per ui, per itumque locabo,
Dico *cano* cecini cantum. Per ui fit & entum
Proles. Dat *temno* psi ptum. Vi vertimus in tum
Præteritis *sivi*, *sprevi*, *stravi*, quoque *crevi*,
Lini vel levi, livive, litumque supinum est.

Verba in no pauca sunt, nec datur hic regula sed ponuntur singula. Pono & gigno habent ui per divisas syllabas, & itum. Pono, posui, positum. gigno, genui, genitum: cano, cecini, cantum. Composita mutant a in i brevem, & faciunt ui per divisas syllab. & entum: ut Præcino, præcinui, præcentum. Habuerunt quoque composita regulariter præterita: ut præcino, præcini, Temno, tempsi, temptum. Quinque in no verba faciunt præterita in vi syllab quam in tum mutando faciunt supina: ut Sino, sivi, situm: sperno, sprevi, sprætum: sterno, stravi, stratum: cerno, crevi, cretum: lino, lini, litum: item levi vel livi in præterito. Pono, i. colloco, constituo & depono,
Pono. *to place, or put away.* Pone metum.
Gigno. Gigno, genero significat, *to engender*: de viro & fœmina dicitur. Transfertur etiam sæpe ad alia. Horat. *Ludus enim genuit trepidum certamen & iram, Ira truces inimicitias & funebre bellum.* Canere norum est, *to sing.* Virg. *Non canimus surdis.*-- Temno, i. sperno, *to lightly.* Vir. *Discite justitiam moniti, & non temnere Divos.* Donatus vult temno per Aphæresin dici pro principali, contemno. contempsi, contemptum. Sino permitto, *to let alone.* Sperno despicio contemno, *to despise.* Sterno, in terram dejicio, *to spread downe, or cover.* Præteritum & supinum verbi cerno extra compositionem raro leguntur, significat autem video, *to see.* Plaut. in Cistellaria. *Cum ego te amavi mi Antiphila, & meam amicam esse crevi.* Linere est aliquid superinducere, *to smeare, or annoynt*: ut Quint. Linisti parietem mariti sanguine. Penult. hujus verbi in præsenti & supino corripitur. Dicimus & linio per quartam.

Po psi ptumque facit. Rupi ruptum dabo *rumpo*.
Donat ui per itum *strepo*, cum *crepo*. Dat *coquo* xi ctum.
Vult *linquo* liqui: lictum natis debit aptè.

Verbum desinens in po, facit psi & ptum præcedente p: ut Repo, repsi, reptum. Sic carpo, serpo, clepo, sculpo, scalpo. At rumpo dempta m facit rupi, ruptum. Strepo, & crepo, quod

quod ſæpius primæ conjugationis eſt, faciunt ui in præterito & itum in ſupino. Repo & Serpo animalium ſunt ventre gradientium, ut ſunt lumbrici ſerpentes. *to crcepe.* Reptant etiam quibus minimi pedes ſunt. Compoſ. penult. producunt: adrepo vel arrepo, ad aliquid repo, *to creepe till.* Irrepo i. intro vel latenter repo, *to creepe in.* Obrepo, clam venio, *to come quietly.* Senectus obrepit homini. Somnus obrepit oculis. Cicero filius de Cratippo: *Exoro ut mecum quam ſæpiſſime cænet, hac introducta conſuetudine ſapè inſcientibus nobis, & cænantibus obrepit, ſublatag, ſeveritate Philoſophia humaniſſime nobiſcum jocatur.* Carpere, *to plucke.* Virg. 1. --- *Carpent tua poma nepotes.* Clepo ſignificat furor, *to ſteale.* Liv. *Siquis clepſit, ne populo ſcelus eſto, neve cui cleptum evit.* Sculpo, ſculpſi ſculptum, eſt cædendo, & excavando imaginem aliquam efficio, *to carue, or graue.* Ponit hoc verbum Phocas, Diomedes negat ſimplex ſculpo reperiri, dicit enim Calco facit inculco, non incalco, ſcalpo, inſculpo quare gemma ſcalpta dicendum eſt, non ſculpta. Id ſi verum eſt, innumeri libri mendoſi erunt, in quibus legimus ſculptor & ſculptile. Rumpo vi quadam frango, *to breake.* Rumpo vocem aut ſilentium, id eſt, loquor. Strepo ſonum facio, *to make great noiſe.* Perſtrepo: valde ſtrepo. Inſtrepo, in aliquo ſtrepo apes inſtrepunt floribus. Obſtrepo, contraſtrepo. Interſtrepo, inter aliquid ſtrepo, corripiunt omnia penultimam. ¶ Dat Coquo xi ctum) Duo ſunt in quo Coquo, coxi, coctum: Linquo, liqui, lictum, quo ſupino in ſimplici vix utemur. Sed bene in natis, id eſt, in compoſitis, ut Relinquo, reliqui, relictum. Coquo apud ignem eſui aut potui apto, *to ſeeth.* Coquo cerviſiam non braxo. Linquo ſignificat dimitto, *to leaue.* Relinquo idem, ut cordato viro relinquendæ nugę.

Carpo.

Sculpo.

Coquo.

Ro, vi tumque dabit: geſſi *gero* vult quoque geſtum
***Vro* uſſi ac uſtum. *Verro*, ii, ſi, dato verſum.**
***Curro* cucurrit habet curſum: dat ui *ſero* natum**
Atque ertum: dat & evitum ſub duplice ſenſu.

Verbum deſinens in ro facit in præterito vi ſyllabam, in ſupino tum, ut Tero, trivi, tritum: Quæro, quæſivi, quæſitum: quod per ſyncop. etiam quæſtum facit. Vnde Quæſtus quæſtor Excipiuntur Gero, geſſi, geſtum. Vro, uſſi, uſtum: Verro verri, vel verſi verſum: Curro, cucurri, curſum. Sero juxta regulam facit ſevi, & in ſupino e in a mutato ſatum, Significat ſemino aut planto, *to ſow, or plant:* quam Significationem Si compoſita ſequuntur habebunt evi in præteritis,

&

& itum penult. brevi in ſupinis. Sin recedunt à Simplicis ſignificatione, recedunt etiam à Simplicis præteriti ſupinique forma faciunque rui ertum, ut Aſſero Significat propè ſero vel planto, habet aſſevi aſſitum, *to ſow neare.* Aſſero autem pro affirmo, aſſerui aſſertum, *to affirme.* Sic diſſero pro diſputo, vel narro diſſerui diſſertum, unico ſ in ſupino, *to diſpute, or reaſon.* Sic ſero olim habuit ſerui ſertum. Tero ſignificat comminuo, tundo, conſumo, *to conſume, or breake in pieces.*

Quæro. Quæro, quæſivi, quæſitum, cum ſ in præterito & ſupino, inveſtigo, *to ſeeke:* ut Quæro fratrem & interrogo, *to ſpeire:* ut Quæro ex te, vel a te. Magiſter quæſivit de te, i quod vulgo dicitur poſt te. Compoſ. mutant æ diph. in i long. ut Acquiro, conquiro, i. quærendo, invenio, nanciſcor, adipiſcor, *to find.*

Gero. Gero, i. porto, *to beare.* Gerulus, portator & geſtator. Gero quoque eſt rego, *to guide.* ut Petrus ſe bene gerit. Compoſita corripiunt penultimam, ut Aggero, apporto, congero, *to gather together.* Hinc agger. Aggero, aggeras primæ, id eſt, augeo, *to augment.* Vro, id eſt, ardore aut frigore nonnunquam etiam alia vi lædo, *to burne, or hurt.* Vro hominem, i. dolore afficio. Compoſita penult. producunt: ut Aduro aduſſi aduſtum, & comburo, i. uro, ardere facio, *to burne.* Amburo, ex omni parte uro, *to burne wholly.* Verro, i. rado mundo, *to ſweipe, or cleanſe.* Iuven. *Verre pavimentum, nitidis oſtende columnis.* Curro, accurro, excurro, incurro, præcurro, facile patent. Occurro, i. obvio & reſiſto, *to meet, or reſiſt.* Succurro, i. auxilior & in mentem venio, *to helpe, or remember.* Tull. *Ut enim quicquid ſuccurrit libet ſcribere.* Fero tuli latum à tulo obſoleto verbo: & hoc in ſequenti libro patebit. Furo, i. inſanio: præterito ſupinoque apud veteres caret, *to bee mad.*

Annotatio. Vnde nota, ſi alicui præteritum deſit, cape illud à ſynonymo: ut Furo inſanivi ab inſanio: aio dixi à dico, ſic ſcabo frictum à frico.

So, vi, tumque facit: ſi ſumque *faceſſo, capeſſo,* Cum *viſo. Pinſo* dat pinſuit, indeque piſtum.

Verbum deſinens in ſo facit ſivi & ſitum: ut Laceſſo laceſſivi, laceſſitum, penult. longa eſt vexo & incito aut provoco, *to trouble, or provoke.* Virg. *Efficiam poſthac ne quemquam voce laceſſat.* Poteſt etiam in præter. habere laceſſi, ut multi

Arceſſo. dicunt Arceſſo, arceſſivi, arceſſitum, i. accuſo teſte Diomede:

Accerſo. nam accuſare inquit a maleficiis eſt arcere, *to accuſe.* Accerſo, accerſivi, accerſitum, i. eo ad vocandum vel voco, *to call, or goe to call.* Hor. *Si melius quid habes accerſe vel imperium fer.* Terent. *Obſtetricem accerſo.* Hoc venit ab accio accis. Tria verba in ſo

faciunt

faciunt ſi ſum. Faceſſo, faceſſi, i. facio vel co ad faciendum, *to doe, or goe to doe.* Viſo, viſi, teſtibus Diom. & Caniſio, in ſupino viſum, licet qui dicant ſupino carere Viſo, eo ad videndum, *to viſit.* Pinſo, pinſui, piſtum, i. tundo, nam vetetes uſu molarum carentes frumenta piſtillis terebant. Nunc pinſo capsnus pro panem facio, *to bake.* Supina etiam ſunt pinſitum & pinſum licet non frequentia. De quæſo dicetur lib. ſequenti. Pinſo.

Xi, Xum dant *plecto*, cum *flecto*, *nectere pecto*. Hæcque xui duo dant. Ivi *peto* donat & itum.

Verba in to pauca ſunt, ideo non datur generalis regula, Singula enumerantur, & primo plecto facit plexi, plexum: & flecto, flexi, flexum: necto, nexi, vel nexui, nexum: pecto, pexi, vel pexui, pexum: peto, petivi, petitum, plecto, i. percutio, vel punio, *to ſtrike, or puniſh.* Horat.

Quicquid delirant Reges, plectuntur Achivi.

Interdum plectum idem eſt quod flecto, hoc autem Significat inclino vel curvo, *to throw.* Necto, i. ligo, *to bind.* Nexilis, i. nexus ligatus. Pecto, capillos orno, vel Simpliciter orno, *to combe, or dreſſe.* Pexus, i. ornatus, pulcher cultus elegans. Hor. Necto. Pecto.

—— *Rides ſi forte ſubucula, pexa Trita ſubeſt tunica.* ——

Peto, i cupio, oro, *to aske:* ut Peto pecuniam, at Peto te lapide, id eſt, invado, proſequor, *to invade.*

Mitto facit miſi miſſum, ſ geminando ſupino. Sque *meto* geminans fuit, & ſum : *verto*que verti Et verſum, *ſterto* dat ſtertuit, abſque ſupino.

Mitto facit miſi miſſum gemino ſſ in ſupino. Meto facit meſſui meſſum, gemino utrobique ſſ. Verto dat verti verſum. Sterto ſtertui, ſi e ſup. Mitto quid proprie Sit, notum eſt, *to ſend.* Significat etiam omitto vel depono, *to leave, or put away* Horat. *Mitto leves ſpes & certamina divitiarum.* Plurima hinc ſu t Compoſita: ut Omitto, i. relinquo, ceſſo, *to leave.* Demitto nota Significationis, *to let downe.* &c. De priore Horat. *Quem ſua culpa premit deceptus omitto tueri.* De altero. Idem: *Demitto auriculas ut iniqua ſortis aſellus.* Meto ſegetem vel herbam ſeco amputo, *to ſheare.* Demeto, penult. brevi deſeco, *to cut off.* Virgil. *Demeſſit enſe caput.* Verto, id eſt, muto vel volvo, *to turne.* Hinc frequentativum Verſo, id eſt continuo vel multum verto, *to turne often*: ut Equus verſat molam. Quid verſas animo? id eſt quid cogitas. Sterto, ſonum Mitto. Omitto. Demitto. Meto. Demeto. Verto. Verſo. Sterto.

ſonum altum dormiens emitto, vel dormio, *to ſnoare, or ſleepe.* Terent. *Homo ſatuus eſt, inſulſus, tardus, ſtertit noctes & dies.*

Neutrum *ſiſto* nihil dabit, activum ſtitit edet. Deinde ſtatum format: nobis eſt Gellius autor.

Siſto neutri generis Significans ſto caret proprio præterito atque ſupino: poteſt tamen utrumque ſumere à ſto: ſiſto ſteti ſtatum: & compoſita à Siſto capient utrumque à compoſitis à ſto: quia eandem cum iis Significationem habent: ut Conſiſto conſtiti conſtitum. Sic reſiſto, obſiſto, aſſiſto, circumſiſto, perſiſto, deſiſto: &c. Siſto activum habet ſtiti in præterito, ex ſententia Gellii: & ſtatum in ſupino, teſte Valla. In activo genere nulla gignit compoſita, & Significat ſtare facio: ut Siſte lacrymas, *to ſtay.* Virg. *Siſte gradum teque aſpectu ne ſubtrahe noſtro.* Item Significat in præſentiam alicujus adduco, *to bring in preſens.* Virg. *Anam cara mihi nutrix, hanc ſiſte ſororem.*

Dat *vivo* xi ctum. *Solvo* vi format & utum. Et *volvo*. Calvi *calvo* facit abſque ſupino.

Quatuor ſunt verba in vo ſyllabam deſinentia, quorum vivo facit vixi victum, ſolvo ſolvi ſolutum, volvo volvi volutum, calvo calvi, ſine ſupino. Vivo, i. vitam ago, *to live.* Perſ. *Vive memor letbi fugit hora.* Solvo, quod ligatum erat libero, & enodo, *to looſe.* Tranſlatitie debitum reddo, *to pay.* Ter. in Adelp. *Neque tu verbis unquam ſolves, quod mihi re maleſeceris.* Volvere eſt vertere, ſeu potius verſare, *to row, or pauſe.*

Volvo. & Calvo. Ter. *Satis diu jam hoc ſaxum volvo.* Devolvo deorſum volvo, *to row downe.* Convolvo, Simul volvo, *to row together.* Calvo. i. decipio fruſtror, *to fruſtrate, or deceive.* Paſſivum calvor. calvo calvas primæ, i. calvum facio, *to make balde.* Calveo, i. calvus ſum, *to be balde.* Calveſco fio calvus.

Nexo xui xum vult: *texo* xuit indeque textum.

Nexo. In xo tertiæ verba duo ſunt. Nexo nexui nexum *to knit, or bind.* Andronicus per primam nexabat dixit, teſte Priſc.

Texo. Texo texui textum, i. telam ſtruo, *to weave* Terent. in Heaut. *Texentem telam ſtudioſe ipſam offendimus.* Ponitur etiam pro componere, facere, fabricare, ſcribere, colligere. Artexo, appono, ad aliquid texo, *to put to.* Contexo, compono, conjugo, *to make, or weave together.* Detexo, textum deſtruo, vel diſſolvo, *to vnd.* Aliquando Significat valde texo. Retexo,

iterum

iterum texo, & reformo, *to weave againe, or reforme*: ut Penelopes telam retexere.

QVARTA CONIVGATIO.

IVi quarta facit, vi ſemper vertitur in tum.

Verbum quartæ conjugationis facit in præterito ivi, & in ſupino itum penult. longa: ut Audio, audivi, auditum: ſcio, ſcivi, ſcitum. Sic Crocio, vocifero ut corvus, *to croake*. Glocio, ſono ut Gallina quando incubat ovis, *to keckle*. Cucurio, penult. longa, Sono ut gallus, *to crow*. Laſcivio, petulans ſum, *to be wanton*. Sopio, dormire facio, *to bring on ſleepe*. Garrio, inuita & inepta loquor, *to clatter*. Aves garriunt, *i.* cantillant. Cucurio. Laſcivio. Garrio.

Habent itum penult. brevi, eo & queo cum compoſitis: ut redeo, reditum: nequeo, nequitum. Ambio circumeo, item ambiendo appeto, *to goe about to deſire*. Ambitus tamen participium producit penult. quam corripit ambitus nomen, *i.* ambitio. De participio. Ovid. *Iuſſit & ambita circumdare littora terra*. De nomine. Lucan. *Ambitus & luxus, & opum metuenda facultas*. Eo notæ ſignificationis eſt. Queo poſſum, *I may*. Nequeo, non poſſum, *I may not*.

Singultit vult ſingultum, ſepelire ſepultum.
Væneo dat vænum: veni ventum venio vult.

Excipiuntur à regula quædam. Primo, tria ſecundum regula fatientia præteritum, & contra regulam ſupinum; ut ſingultio, ſinguluvi, ſingultum: ſepelio, ſepelivi, ſepultum: væneo, vanivi, vanii, vænum: at venio facit veni, ventum. Singultio, graviter tuſſio & ſingultum emitto: ut faciunt feſſi & infrigidati, *to ſob*. Hinc ſingultim adverbium, *i.* ſingultiendo, *with ſobbing*. Horat. *Ut veni coram ſingultim pauca loquutus*. Sepelio defunctum condo, *to burie*. Væneo, *i.* vendor, quaſi vænum eo, *to bee ſolde*. Supinum multi Grammatici dicunt eſſe vænum, quod pro vænitum ponitur. Venio notum eſt, *to come*. Compoſita corripiunt ſyll. ve in præſenti, ſed in præterito producunt: ut advenio, ad aliquem venio, *to come to*. Hinc adventus. Advento adventas, veniendo propinquo, *to draw neare*. Singultio. Venio.

Pone *amisit* per ui, per ctum dat *vincio* xi ctum.

Sancio jungatur, quod & ivi format & itum.

Amicio. Amicio, facit amicui, amictum, teſte Diom. Brutus inlaudatione Appii Claudii: Toga prætexta amicuit. Actius etiam amixit protulit. Inventum eſt quoque amicivi: ut audivi, & ſignificat veſtio, *to cloathe.* Vincio, vinxi, vinctum: ſancio,
Vincio. ſanxi, ſanctum, aliquando ſancivi ſancitum. Vincio, i. ligo, *to bind.* Devincio, obligo vel conjungo, *to oblige, or conjoine.*
Sancio. Cicer. *Sanguinis conjunctio devincit homines charitate.* Sancio ſolemniter firmo & corroboro, etiam effuſo ſanguine, *to ſtatute under a paine.* Lucan. *Romanas ſancire volunt hoc ſanguine leges.*

Haurit ſi ſtum dat: pſi ptum dat *ſepio*: ſaltum
Et ſalui, *ſalio*, proles formatur in ultum.
Dat pſi ptum *cambit*: legi hæc quandoque per ivi.

Haurio, hauſi, hauſtum: vel ſine t, hauſum; id eſt, humo-
Haurio. rem excipio, extraho, *to draw out.* Sepio, ſepſi, ſeptum, i. ob-
Sepio. ſtruo, circundo, *to hedge, or dyke in.* Salio, ſalui, ſaltum, *to leape.*
Salio. Ovid. 1. Faſt. *Per flammas ſaluiſſe pecus ſaluiſſe colonos.*
Cambio, pſi ptum, id eſt, pecuniam muto, *to raiſell, or change money.* Invenitur autem & ivi habere: ut cambivi, cambitum. Sic & alia tria nunc dicta: ut Haurio, haurivi, hauritum: ſepio, ivi, itum: ſalio, ſalivi, non tamen ſalitum.

Sentio ſi ſum vult, ut *raucio*, *fulcio*, ſi tum.
Et *ſarcit*, *farcit*, Per ui mutatur, & ertum,
Ex *pario*, natum: ri *comperit*, & *reperit* vult.

Sentio, ſenſi, ſenſum: raucio, rauſi, rauſum. Tria faciunt ſi tum: ut fulcio, fulſi, fultum. Ovid. *Hercule ſuppoſito ſidera ſuſtinuit Atlas.* Phocas dicit habere fulxi. Sarcio, ſarci, ſartum: Farcio, farſi, fartum. Compoſita à pario quæ mutaverunt a in i brevem; faciunt ui per diviſas ſyllabas & ertum: ut Apе-
Sentio. rio, aperui, apertum. At duo habent ri & ertum: ut Compe-
Raucio. rio comperi, compertum: reperio, reperi, vel repperi, repertũ.
Fulcio. Sentio, aliquo ſenſu percipio, *to underſtand, or feele.* Raucio, i.
Sarcio. raucus ſum, *to be hoarſe.* Dicitur & rauceo, unde rauceſco.
Farcio. Fulcio, i. ſuſtineo munio, fortifico, *to fortifie, or hold vp.* Sar-
Aperio. cio, integrum facio, *to mend.* Farcio, i. ſaturo vel repleo ſagi-
Compe- no, pingue facio, *to fill.* Aperio, reſero, olim etiam aperivi: ut
rio. Audivi, teſte Phoca, *to open.* Comperio, i. invenio, *to finde.*
Reperio. Reperio, caſu invenio, *to finde by chance.* Ovid. *In non inven-*

venta reperta es. Ponitur etiam ſimpliciter pro invenio.

Aio præterito caret, & meditantia verba *Parturio, eſurio,* cum *nupturio* volo tolli.

Aio, id eſt, dico, caret præterito teſtibus Grammaticis, aut ſaltem ſecundam ejus in utroque numero habet perſonam: ut indicabimus, lib. 6. Et quartæ conjugationis eſt, teſtibus Priſc. & probo quia imperat. eſt, ai, & Actius ainbant, pro aiebant dixit, quod in quarta conjugatione fieri ſolet. Ait tamen invenitur ſecundam corripere, ut in verſificatoria probavi. Verba meditativæ formæ carent præterito, & proinde ſupino: ut dicturio, id eſt, cupio dicere, *to deſire to ſpeake.* Eſurio tamen facit eſurivi, & parturio, parturivi, nupturioque, nupturivi.

DEPONENTIVM ET COMMVNIVM *PRÆTERITA ET SVPINA.*

EX or finitis activam fingito vocem: Vt *potior potio*, formabitur inde ſupinum.

Verbis in or propria deſunt præterita, ſed eorum loco ponimus ſubſtantivum verbum, cum eorundem verborum participio præteriti temporis quod à poſteriore ſupino formatur. Hoc igitur pacto in illis formam ſupinorum inveſtigabis. Finge deponentia ac communia in o terminare poſſe, deinde ex præceptis hactenus traditis tribus illis in o mutatis præterita quoque fictitia, & ſupina: ut à Potior finge potio, potis, potire, hoc ſi uteremur juxta regulam de quarta conjugatione haberet potivi, potitum, potitu, quæ nunc ſunt ſupina verbi potior, cui propterea dabimus potitus ſum in præterito. Sic conſiderabis in prima conjugatione: Abominor, teſtor, verecundor, &c. In ſecunda Vereor, revereor, liceor, polliceor, & ſi qua ſunt alia. In tertia Naſcor, fungor, patior. Potior quartæ conjugationis eſt, & in quibuſdam perſonis etiam tertiæ, ſignificat obtineo, in poteſtatem redigo, *to get, or bring in ſubjection.* Virg. *Eis omne abrumpit Polydorum obtruncat & auro, Vi potitur* — Lucil. *Deficit alma Ceres, nec plebes pane potitur.* Abominor, ſperno, quaſi malum omen repello, *to deteſt, and abhorre.* Teſtor, teſtis ſum, & in teſtem accipio, *to be witneſſe, or take to witneſſe:* ut Teſtor Deum. Deteſtor, odio habeo, & execror, *to hate, or warie.* Salomon: *Arrogantiam & ſuperbiam, & os bilingue deteſtor.* Verecundor, verecundia tangor,

Potior. Abominor. Teſtor. Deteſtor. Verecundor.

to bee ſhamefull. Plaut. *Verecundari neminem apud menſam decet.*

Vereor. Vereor, timeo, *to dread.* Plin. *Multi famam, pauci conſcientiam verentur.*

Revereor Revereor, cum tremore quodam honoro, *to have in honour.*

Liceor. Liceor, præbeo pecuniam pro re emenda: ponitur pro æſtimo, *to appriſe, or cheapen.* Licitum licitu, ſupina inuſitata ſunt: ſic & præteritum licitus ſum, cujus vicem ſupplet derivativi præteritum licitatus ſum.

Polliceor Polliceor, ſponte promitto, *to promiſe.*

Naſcor. Naſcor, in mundum venio, orior, *to bee borne.*

Fungor. Fungor, ago, & officium habeo, *to exerce an office.*

Patior. Patior, ſuſtineo, & pœnam habeo, *to thole.*

SEQVVNTVR EXCEPTIONES.

Nil formant *veſcor, liquor, medeor, reminiſcor.*

Supinis & proinde præteritis carent. Veſcor, liquor, medeor, reminiſcor: inter quæ medeor ſecundæ conjugationis eſt: reliqua tertiæ conjugationis ſunt. Veſcor, id eſt, cibo utor & paſcor, *to eate.* Conveſcor, ſimul veſcor, *to eate, or live together.*

Liquor. Liquor: id eſt, liqueo, *to bee melted.* Ovid. *Liquitur aut glacies in certo ſanctæ Sole.*

Reminiſcor. Reminiſcor, recordor, *to remember.* Medeor, *to remeid, or haill.* Cic. *Philoſophia medetur animis.*

Non ſervant normam *tutus, tuitus, ratus, aptus,*
Et *faſſus, fructus, fruituſque, prefectus,* & *ultus,*
Atque *ſequutus,* & *experrectus,* junge *loquutus,*
Niſus, vel *nixus, greſſus,* velut *orſus,* & *uſus.*
Oblitus, queſtus, commentus, junge *miſertus.*
Et *feſſus, menſus, lapſus, nactus,* quoque *pactus.*
Mortuus ac *ortus*: ſed donat iturus utrumque.

Formant ſupina, & proinde præterita contra regulam verba quorum participia præteriti temporis in litera poſuimus.

Tueor. Tueor, tutum, id eſt, defendo, *to defende.* Supinum eſt tuitum, hinc participium tuitus, & verbale in io, tuitio. Habet quoque tutum vel tuitum, hujus ſynonymum tuor, tueris, tertiæ conjugationis, cujus infinitivus non eſt uſitatus, niſi in compoſitis: ut contui, intui, obtui.

Reor. Reor, ratus ſum, arbitror vel puto, *to believe.* Ovid.

Sum ratus eſſe feram, telumq; volatile miſi.

Apiſcor, aptus ſum, i. acquiro, aſſequor, *to get.* Vetus verbum eſt.

est, ac penè obsoletum. pro quo utimur composito. Adipiscor, adeptus sum. Fateor fassus sum, concedo dictum aut factum, *to grant*: ut fateor culpam. Composita mutant a in i: ut Diffiteor diffissus sum: nego, *to deny*. Fruor, fructus, vel fruitus sum habet: & idem significare videtur quod Vtor usus sum: sed in hoc differunt, teste Valla, quod utimur quopiam alterius rei, aut commodi gratia, fruimur veto nullius: nisi ut voluptatem capiamus, ideoque in idem recidunt frui delectari voluptatem capere, *to have use, profite, or pleasure*. De utor pulchrum est Matherbalis in Hannibalem exemplum apud Livium. Non omnia nimirum eidem Dii dedere. Vincere scis Hannibal, victoria uti nescis. Proficiscor, profectus sum, i. eo, *to goe*. Vlciscor ultus sum, i. vindico, *to revenge*. Sequor, secutus sum, notum est, *to follow*. Expergiscor, experrectus sum, evigilo, *to waken*. Horat.

Vt jugulent homines, surgunt de nocte latrones.
Vt teipsum serves non expergisceris.

Loquor, locutus, vel per c secundum Priscianum, locutus sum, i. citra artem verba profero, *to speake*. Nitor, nisus vel nixus sum, conor vel prohcere laboro, *to endevour, or leane to*. Loquor.

Ovid. *Nitimur in vetitum semper, cupimusq; negata.*

Gradior, gressus sum, eo, *to gang*. Ordior, orsus sum, incipio, *to begin*. Obliviscor, oblitus sum, è memoria aliquid evolare sino, *to forget*. Queror questus sum, lamentor, *to complaine*. Comminiscor, commentus sum, excogito, *to devise*.

Terent. *Quid agam, aut quid comminiscar?*

Misereor, misertus sum, misericordiam habeo, *to have pity*. Fatiscor, fessus sum, vix est in usu, idem valet quod compositum ejus defessus sum, id est, labore deficio, *to be tired*. Metior, mensus sum, id est, pondero & considero, mensuro, æstimo, *to measure*. Labor, lapsus sum, id est, cado, *to slide*. Labor. Nanciscor, nactus sum, id est, acquiro, *to get*. Paciscor, pactus sum, facio pactum, vel in pactum peto, *to make a band, or covenant*. Morior, participium facit mortuus, quod nonnulli nomen esse volunt. Particip. futuri temp. est moriturus, tanquam supin. fuerit moritum.

Est autem morior, è vita discedo, & tertiæ conjugat. est, *to die*. Orior, ortus sum, surgere incipio, *to begin to rise*. Orior habet particip. fut. temp. oriturus, tanquam ab oritum oritu supinis. Item infinitivum oriri per quartam habet. Reliqua per tertiam sæpius, licet oriris non malè dixeris.

DE VERBIS ANOMALIS, DEFECTIVIS, ET ABUNDANTIBUS.

LIBER VI.

ANOMALA.

QVæ contra normam flectes, anormia ſunto
Vt *fero, ſum, fio, volo, eo, queo, ſultis, edo, fis,*
Auſim, quæſo, forem, faxo, cedo: Pluraque multa
Defectiva etiam, ſic *ambeſt, inquio* & *inquam,*
Infit, ave, ſalve, capſis, apage, quibus *euge.*
Des, & *aie, ſodes, ovat*: omnia proſa recludet.

Verbum anomalum vel anorme eſt, quod contra aliorum regulam conjugatur: ut Fero, quod ſic conjugatur. Indicativo modo tempore præſenti. Fero, fers, fert. Et plural Ferimus, fertis ferunt. Ferebam, &c. Tuli, tuliſti, &c. Tuleram, &c. Feram, feres, feret, &c. Imperativo modo, tempore præſenti, fer, ferat. Et plural. Feramus, ferte, ferant. Futuro, ferto tu, ferto ille. Et pluraliter, Feramus, fertote, ferunto. Olim etiam feruntote. Optativo, Vtinam Ferrem: Vtinam tuliſſem: Vtinam feram, feras, &c. Conjunctivo. Cum feram, feras, cum ferrem, cum tulerim, cum tuliſſem, cum tulero. Infinitivo præſenti ferre, Præterito Tuliſſe. Futuro Laturum eſſe. Gerundia ferendi, ferendo, ferendum. Supinum Latum latu. Participia Ferens, laturus.

Paſſivo genere. Indicativo modo. Feror, ferris vel ferre, fertur. Et plural. ferimur, ferimini, feruntur. Ferebar. Latus ſum vel fui. Latus eram vel fueram. Ferar, fereris. Imperativo ferre, feratur. Et plural. ferimini, ferantur. Futuro fertor, tu & ille. Et pluraliter, Feramur, feriminor, feruntor, Optativo. Vtinam ferrer, ferreris. Vtinam latus eſſem vel fuiſſem. Vtinam ferar, feraris. Conjunctivo cum ferar, cum ferrer, cum latus ſim vel fuerim, cum latus eſſem vel fuiſſem, cum latus ero vel fuero. Infinitivo præſenti ferri. Præterito latum eſſe vel fuiſſe. Futuro latum iri. Fero, id eſt, porto, dico, *to bring, or ſay.* Item patior, *to thole.* Terent. in Hecyr.

Multa

Multa ex quo fuerint commoda, æquum eſt ejus incommoda ferre.

Sum, *I am.* omnium maxime irregulare eſt: ut conſtat ex Donato. Habet præteritum fui ab antiquo verbo fuo. Imperativo modo, tempore præſenti, ad ſecundam & tertiam perſonam, ſis vel es, ſit: & pluraliter ſimus ſitis vel eſte, & aliquando ſite, ſint: Caret Gerundiis & Supiris, licet in Donato mendoſe, ut opinor legantur. Eſſendi, eſſendo, eſſendum. Ens in uſu non eſt, ſed à Philoſophis interdum recipitur. Potens, nomen eſt, *mighte.* Participia vero præſens, abſens. Sic Mancinellus. Nihil tale à reliquis compoſitis eſt. quia prodeſis, obeſs, &c. non dicimus. Comicum eſt ſiem, ſies, ſiet: pro ſim, ſis, ſit, &c. Sum.

Fio, I afficior, *to be made.* Irregulariter fierem pro fiem facit: & fieri pro firi. Præteritum eſt factus ſum vel fui. Præſens imperativi capit à futuro Optativi. Fias, fiat, fiamus, fiatis, fiant: quia fi non dicitur, & fite rariſſime legitur. In reliquis fio per quartam conjugatur.

Volo, ex Donato, notum eſt, *I will.* In perativo caret, quia voluntas libera eſt, tamen loco imperativi aliquando futurum Optativi capimus. Terent. *Quæſo edepol Charine quoniam non poteſt id fieri quod vis, id velis quod poſſit.* Sed hortatio potius videtur quam imperatio.

Malo, *I rather.* Mavis, mavult, malumus, mavultis, malunt. Malebam, Malui, Malueram Malam, les, let. Imperativo caret: Optativo Mallem, Maluiſſem, Malim. Conjunctivo Malim, Mallem, Maluerim, Maluiſſem, Maluero. Infinitivo Malle, Maluiſſe: cæteris caret. Sic Mavelim, Mavellem, &c. Malo.

Nolo, *I will not.* Similiter conjugatur, excepto imperativo. Nolo, nonvis, nonvult, nolumus, nonvultis, nolunt. Nolui, Nolueram. Nolam, noles. Imperat. modo temp. præſ. ad ſecundam perſonam. Noli, Et pluraliter Nolite. Futuro ad eandem perſonam Nolito. Et pluraliter Nolitote. Optativo, utinam Nollem, Noluiſſem, Nolim. Conjunctivo cum Nolim, nollem, noluerim, noluiſſem, noluero. Infinitivo nolle, noluiſſe. Nolo.

Eo & Queo per quartam conjugationem conjugantur, & nihil irregulariter habent, niſi Ibam, Quibam. Ibo, Quibo: & in quibuſdam temp. aut perſonis, ſecundam vocalem pro tertia: ut Eo, is, it. Plural. imus, itis, eunt. Ibam, ivi, iveram. Eam, ies, ſed melius ibo: ut olim alia quartæ conjug. omnia. Plau. *Teſtudinem iſtum tibi grandibo gradum.* Sic Virg. etiam lenibat, nutribat: pro leniebat, nutriebat dixit. Imperativo, Eat eamus, euntote, eunto, cætera recte. Optativi futuro, utinam eam, &c. Conjunctivo modo, tempore præſenti, cum eam, &c. Cætera recte Gerundia, Eundi, eundo, eundum. Sic queo conjugatur omnino: cujus gerundium non inveni, nec a Vanco participia. Eo.

Sultis. Sis. Sodes. Caplis. Edo

Sultis comicum eſt pro Si vultis: & Sis pro Sivis, & capſis pro cape ſi vis. Sodes pro ſi audes. Indicat. modo, tempore præſenti, ad ſecundam perſonam Singularem: Sodes, capſis, cæteris carent. Sic ſecunda perſona, præſentis Indicativi, Sis. Et pluraliter ſultis: cæteris caret.

Edo, es, eſt. Et plural. Edimus, editis, edunt. Edebam, Edi, Ederam, Edam. Imperativo, Es, vel ede, edat. Et plural. Edamus, edite vel eſte, edant: Futuro eſto, vel edito. Et plural. Edamus, eſtote, vel editote: edunto vel eduntote. Optativo, Eſſem, ediſſem, edam. Conjunctivo, Edam, eſſem, ederim, ediſſem, edero. Infinit Eſſe, ediſſe, e'urum, eſſe. Gerundia, Edendi, edendo, edendum. Supina, Eſum, eſu, vel eſtum, eſtu, Paſſivum irregulare eſt, niſi quod eſtur pro editur etiam dicitur Compoſ. eunt Similiter: ut Comedo, comes, comeſt, *to eate.* Exedo, exes, exeſt, *to eate all.* Quæ omnia cum Simplici regulaliter per tertiam conjugat. olim flectebantur, ut cum Diom. notavit Servius, adjicens es à ſum corripi, ab edo produci.

Auſim. Indicativo vel optativo futuri temporis, Auſim, auſis, auſit: Et pluraliter auſint: cæteris caret, i. audebo, vel utinam audeam. Livius, lib 1. *Nec ſi ſciam, dicere auſim.*

Quæſo. Indicativo modo, tempore præſenti, ad primam perſonam, Quæſo. Et plural. per eandem perſonam, Quæſumus irregulariter u pro i, id eſt, rogo, & rogamus: cætera exoleverunt.

Forem. Optativo modo, temp. præſenti, & præter. imperfecto, & conjunctivo modo, tempore præſenti, & præterito imperfecto, utinam vel cum Forem, fores, foret: Et plural. Forent, id eſt, eſſem, eſſes, eſſet, eſſent. Infinitivi futuro, Fore, i. futurum eſſe: & ita differt ab eſſe contra indoctos: cæteris carent. Ter. *Dixi' hoc fore?* Sed videtur futuro tempori junctum pro eſſe poni. Cic. 3. Epiſt. famil. *Quaſi divinarem tali in officio fore mihi aliquando expetendum ſtudium tuum.* Sed poteſt hoc eſſe Gerundium, non participium. Idem quinto ad Atticum. *Te ad me fore venturum.*

Faxo. Faxo, indicativi modi eſt futuri temporis pro faciam, *I ſhall doe.* Conjugatur autem *Sic*: Faxo, faxi, faxit: Et plural. faxint. Dicimus enim in Futuro Optativi, & Præſenti Conjunctivi, Faxim, faxis, faxit: Et plural. Faximus, faxitis, faxint, pro faciam, facias, faciat, &c.

Imperativo modo, tempore præſenti ad ſecundam perſonam, Cedo, i. dic vel da: Et plural. ad eandem perſonam, cedite, i. dicite vel date. Cæteris caret. Terent. in Phormione: *Tu mihi argentum cedo.* Idem. *Quid factum eſt cedo.* Cedite apud Plaut reperies Invenitur cædo, cecidi: cedo, ceſſi: & cedo defectivum quòd priorem corripit. Itaque horum nota eſt differentia.

Ambeſt

Ambeſt, tertia perſona, preſentis Indicativi, pro circum eſt ſola eſt, Inquio, vel inquam, dico, *I ſay*. Indicat. modo temp. preſenti: Inquio, inquis, inquit: Et plural. Inquiunt, preterito perfecto, Inquiſti, inquit. Futuro, Inquies, & imperativo modo, tempore preſenti, ad ſecundam & tertiam perſonam, Inque, inquiat. Futuro Optativi, Inquiat. Hæc in uſu ſunt: reliqua pene exoleverunt. Ambeſt. Inquio.

Infit, tertia perſona præſentis, & præteriti perfecti indicativi tantum eſt in uſu, licet Varro, Infio dixerit, & nonnulli infiunt. Virg. 12. Æneid. ——— *Ita turbidus infit*, i. dicere incipit, *to begin to ſpeake*. Infit.

Ave imperat. modo, ad ſecundam undique perſonam, Ave, & plural. avete: Futuro aveto: Et plural. Avetote. Infinit. modo, temp. præſenti, Avere. Sic conjugatur Salve. Vtrumque eſt ſalutantis verbum, ut Ave Cæſar Imperator: Salve Regina. Et Cic. ad Atticum dixit: *Salvebis à meo Cicerone*. Vale, i. ſanus Sis, integrum eſt, *bee in good health*. Nam valeo nihil aliud quam ſanus ſum Significat. Ave. Salve.

Apage, i. abduc, remove, *remoue thee*: ab apo, i. ab, & Græco verbo ago, i. duco. Conjugatur Sic. Imperativo modo, tempore preſenti, ad ſecundam in utroque numero perſonam, Apage, apagete. Apage.

Imperativo modo, tempore præſenti, ad ſecundam perſonam. Euge: cæteris caret. Plerique dicunt eſſe interjectionem aſſentientis, & ſponte ſua congratulantis. Euge.

Indicativo modo, temp. præſenti. Aio, ais, ait. Et plural. Aiunt. Preterito imperf. Aiebam, integrum eſt. Præterito perfecto, Aiſti: & plural. aiſtis. Imperat. modo, temp. præſenti, ad ſecundam perſonam, Ai. Futuro Optativi & Præſenti conjunctivi Aias, aiat. Et plural. Aiamus, aiant. Participium eſt, Aiens. Cætera non ſunt in uſu. Licet quidam ponant, Aiam, aies, aiet, pluraque. Plaut. *Vel tu mihi ais, vel neges*. Idem. *Vel ai, vel nega*. Aio.

Phocas ſolum ponit hanc tertiam perſonam, Ovat. Participium eſt ovans, *rejoycing*. Reliqua parum ſunt in uſu, licet quidam ponant, Ovo, ovas, ovat: & cætera Sine Eclipſi.

Amabo, *I pray you*, integrum eſt, quia conjugatur, ut Amo, amas: nec eſt proprie interjectio blandientis, licet interjectionis vel adverbii officio fungatur: regit enim poſt ſe accuſat. ut Amo. Si quis vellet omnem antiquitatem diligenter perſcrutare, longè plura inveniret anomala & ecliptica: ut Exceſſis, pro exceſſas: Irritaſſis pro irrites: Locaſſim, pro locavero, aut locem: Prohibeſſis, pro prohibeas: Taxis, pro tangas: Danunt, pro dent: Perduint, pro perdant: Levaſſo, pro levo, aut levabo: Duis, pro das; Creduis pro credas: Adaſſint, pro adigant &c. Amabo.

Dor, furo, for, der, fer, vix unquam ſuſcipit uſus.

Perſonæ primæ dor, furo, for, der, fer, à fari non ſunt in uſu, teſte Mart. Capella. Id de Simplicibus intellige, quia peſſundor, affor, benè dicimus.

IMPERATIVUS PER APOCOPEN.

Dic, duc, fac, fer, ais fice, non fic dicitur aptè.

Per Apocopen dicimus, Dic, duc, fac, fer pro dice, duce, &c. Sic prædic, abduc, benefac, perfer. Compoſ. autem à facio: ubi a in i vertitur, non patiuntur Apocopen, quia perfice, infice dicimus, non perfic, infic. Leges aliquando dice, duce, face. Ter. *Orandi jam finem face.* Idem. *Me miſſum face.* Ain, pro aiſne: Viden, pro videſne: & Similia patiuntur etiam Apocopen.

SYNCOPA IN PRÆTERITO.

Syncopa diminuit de vi formata frequenter:
Ni diſſyllaba ſint. Tamen invenies bene *noſti*,
Et *ſciſti*, *flaſti*, *fleſti*. Sic plura notabis.

Syncopa præteritis in vi ſyllabam deſinentibus, & inde formatis ſæpe contingit: ut Petii, pro petivi: Formaſti, pro formaviſti: Rediit, pro redivit, &c. Diſſyllaba rarius ſyncopantur, quia Moſti, pro moviſti: Noſti, pro noviſti: Iſti, pro iviſti: Triſti, pro triviſti: vix unquam invenies, præſertim extra compoſ., quia Commõſti, rediſti, vel rediiſti, Intriſti, & plura aliquando leges: ut frequenter Noſti, ſciſti, flaſti, fleſti. Hor. *Unde tam bene me noſti?* Ter. *Sciſti uti ſoro.* Idem. *Omnes congruunt, unum cum norit, omnes norit.* Fit etiam in aliis terminationibus præteritorum, aliquando Syncopa, ſed vix apud alios quam Poetas. Virg. 1. Æneid. *Vos & Scyllæam rabiem penituſq; ſonantes Acceſtis ſcopulos* ---- pro acceſſitis. Sic Comici, dixti, intellexti.

Præteritum ſignant, & præſens, præteritiva
Sub voce hæc, *odi*, *cœpi*, *novi*, *meminiq́ue*
Et *pepigi*. Memini tote atque memento reponit.

Hęc quinque verba, Odi, cœpi, novi, memini, pepigi, quod

quod adjicit Phocas, ſub terminatione præterita Significant præſens, & præteritum perfectum: ut Odi, id eſt, odio habeo, vel habui, *to hate, or have hated.* Oderam, odio habebam, vel habueram. Sic Cœpi, incipio, incepi, *to begin, or to have begun.* Sic dices de reliquis: ut Paciſcor, pepigi, vel pactus ſum. Invenitur in ſacris. Odio, odivi, oditum. Ethnici ſæpius odi dicunt. Hor. *Oderunt peccare boni virtutis amore.* Dicta verba ſolum habent tempora à præterito formata: ut Odi, oderam, oderim, odiſſem, odero, odiſſe. Sic reliqua. Memini, ultra alia habet in futuro imperativi. Memento tu, mementote vos. Meminero: ut Odero, &c. etiam habent ſenſum futuri indicativi. Memini, id eſt, recordor, vel recordatus ſum, *I remember.* Facit participium meminens raro lectum. Odi. Cœpi. Memini.

Sunt neutro paſſiva, *ſolet, fit, fidit,* & *audet, Mœreo* cum *gaudet,* paſſivum præteritum dant. Aſt utrumque volunt, *titubo, placeo, pateoque, Sueſco, caret, juro, prandet, nubit, miſeretque, Cœno, piget, tædet, pudet,* & *licet,* addito *poto,* Et *libet,* & *mereor*: pro quo mereo quoque legi.

Verbum neutro paſſivum eſt, quod deſinens in o, facit præteritum, ac ſi deſineret in or: ut Solco, ſolitus ſum. Fio, factus ſum: Fida, fiſus ſum: Audeo, auſus ſum: Mœreo, mœſtus ſum: Gaudeo, gaviſus ſum. Quædam retinent utrumque præteritum activæ & paſſivæ vocis: ut Titubo, titubavi, vel titubatus ſum: Placeo, placui, & placitus ſum: Pateo, patui, & paſſus ſum: ſueſco, ſuevi, & ſuetus ſum. Careo, carui, & caſſus ſum: Iuro, juravi, & juratus ſum: Prandeo, prandi, & pranſus ſum: Nubo, nupſi, & nupta ſum: Miſeret, miſeruit, & miſertum eſt: Cœno, cœnavi, & cœnatus ſum: Piget, piguit, & pigitum eſt: Tædet, tæduit, & pertæſum eſt: Pudet, puduit, & puditum eſt: Licet, licuit, & licitum eſt: Poto, potavi, & potus ſum: Libet, libuit, & libitum eſt: Mereo, merui, & meritus ſum: ſed merui videtur potius eſſe à mereo, quod pro mercor invenitur. Plaut. *Tu meruiſti, & adhuc mereris.* Idem. *Nunquam ego illi poſſum gratiam referre, ut meritus eſt de me.* Solco & Sueſco idem valent, id eſt, conſuetudinem capio, *to have uſe.* Fido, fiduciam & ſpem habeo, *to truſt.* Confido, idem. Diffido, non fido, *to miſtruſt.* Audeo, ſum audax, *I dare.* Mœreo, mœſtus ſum, per æ vel œ dipth., id eſt, lugeo, & triſtor, *to bee ſorrowfull.* Caper. *Mœſtus animo, ſed*

Fido. Diffido. Audeo. Mœreo.

Gaudere. *ſed triſtiu vultu*. Gaudere, idem eſt quod lætari, *to rejoyce*: niſi quod tacitè & intrinſecus gaudemus: lætamur autem extrinſecus, ita ut bene nos affectos eſſe celare non queamus.

Titubo. Titubo, in lingua vel pedibus vacillo, nec conſiſtere queo, *to ſtagger*. Ovid:

Haud aliter titubat, quam ſi mera vina bibiſſet.

Iuro. Iuro, juramentum facio, aut præſto, *to ſweare*. Reliqua aut explicata ſunt, aut frequenti uſu pueris etiam non ignorata. Poco, cum quibuſdam aliis adjicitur à Varrone, ut meminit Gell. Lib. 1. Cap. 15.

Paſſive ſignant ſub o, *Vapulo, væneo, fio, Exulo,* cum *nubo: liceo,* quibus addimus apte.

Verbum neutrum paſſivum eſt, quod in o deſinens paſſive ſignificat: ut ſex hic poſita Vapulo, i. percutior, *to bee ſtricken*. Plaut. *Vide ſis, quam mox vapulare vis, niſi actutum hinc abis.* Fio, efficior, *to bee made*. Vœneo, vendor, *to be ſold*.

Vapulo.
Fio.
Vœneo.
Exulo. Veteres, vœneor dixere. Exulo, exul no & patria expellor, *to be baniſhed*.
Liceo. Liceo, æſtimor, *to be apprized*.
Nubo. Nubo, viro trador, *to be married*.

Abundantia, Et Primo Verba Communia. Hæc & plura leges communia, *largior, hortor, Oſculor, experior, ſtipulor, moror, hoſpitor,* atque *Criminor, amplector, veneror,* cum *dignor adulor Obliviſcor:* eis, *interpretor* addito *ſolor.*

Verbum abundans eſt, quod varie ab authoribus uſurpatur. 1. Quædam ſub una voce active & paſſive ſignificant: ut verbum commune, veluti largior, hortor, &c. 2. Quædam ſunt diverſarum conjugationum: ut lavo, as: vel lavo, is. 3. Quædam in præteritis ſupinis ve coincidunt: ut Mulceo & mulgeo, mulſi, mulſum. 4. Quædam multiplex præteritum aut ſupinum habent: ut Sapio, ſapui, vel ſapivi. 5. Quædam diverſas habent terminationes: ut reverto vel revertor. 6. Quædam unum habent præteritum à diverſis verbis ortum: ut Crevi a cerno & creſco, luxi à lugeo & luceo. Quæ cum conjugatione ſignificationem mutant inter abundantia non habebuntur: ut Fundo, fundas, ſignif. fundamentum jacio, *to ground*. Fundo, fundis, ſpargo, &c. *to yet foorth*.

Fundo.
Dico. Dico, dicas, conſecro, *to dedicate*. Dico, dicis, loquor, *to ſay, or ſpeake*.
Volo. Volo, volas, alarum remigio utor, ut aves, *to flie*.

Volo,

Volo, vis, vult cupio, *to will.* Lego, legas, legatum mitto, vel teſtamento do, *to ſende meſſage, or leane in teſtament.* Lego, legis, diverſum ſignificare conſtat, *to reade.* Sero, ſeras, claudo, *to locke.* Sero, ſeris, ſemino vel planto, *to ſow.* Educo, educas, penultima brevi, id eſt, nutrio, *to nourſh.* Educo, educis, penultima longa, extra duco, *to bring foorth.* Talia diligens præceptor per ſe plura inveniet. Nos recepti animus paululum tantum de communibus dicturi. Verbũ commune eſt, quod in or deſinens, active & paſſive ſignificat. ut Largior, largiris, id eſt, tribuo aut tribuor, *to giue, or to bee given.* Hortor monitionibus incitor, *to exhort, or to bee exhorted.* Dehortor, contraria ſignificat. eſt, *to diſſuade, or to bee diſſuaded.* Experior, tento, vel tentor, *to aſſay, or to be aſſayed.* Terent. *Omnia prius experiri verbis quam armis ſapientem decet.* Oſculor, oſculum do vel accipio, *to kiſſe, or to be kiſſed.* Stipulor, rogo vel rogor in obligatione contrahenda, *to require, or to bee required.* Moror, in mora teneo vel teneor, exſpecto, exſpector, *I tarrie, or I am tarried for.* Hoſpitor, ſuſcipio, vel ſuſcipior, hoſpitio, *to harber, or to be harbered.* Criminor, id eſt, accuſo vel accuſor, *to blame, or to bee blamed.* Crimen, accuſatio vel peccatum. Amplector, id eſt, circundo, vel circundor, & accipio, vel accipior, *to embrace, and except, or to bee accepted.* Seneca. *Mala pro bonis amplecti dementia eſt.* Veneror, honoro, vel honoror, *to worſhip, or to be worſhipped.* Dignor, dignum judico, *to eſteeme worthie, or to bee eſteemed worthie to vouchſafe.*

Lego.

Sero.

Educo.

Largior.
Hortor.
Dehortor.
Experior
Oſculor.
Stipulor.
Moror.

Hoſpitor
Criminor
Amplector.

Veneror.
Dignor.

Virg. *Haud equidem tali me dignor honore.*

Idem. *Conjugio Anchiſa Veneris dignate ſuperbo.*

Adulor, id eſt, emereor alicujus favorem voce vel geſtu, *to flatter, or to bee flattered.* Et Obliviſcor, oblivioni trado, *to forget*: rarius paſſive leguntur. Interpretor, id eſt, declaro, vel declaror, *to expone, or to bee expoſed.* Solor, vel conſolor, id eſt, conſolationem do vel accipio, *to comfort, or to bee comforted.* Item utor, teſtor, & vereor communia eſſe oſtendit, Gellius lib. 15. cap. 13. Longe plura ponit, cum aliis Priſciamus verba communia.

Adulor.
Obliviſcor.
Interpretor.
Solor.

DE

DE VERBORVM FORMIS.

LIBER VII.

PRæcipuas verbi formas cognoſce quaternas.

In Rudimentis tractatum eſt verborum ſpecies eſſe duas. Primitivam, ut Lego: Derivativam, ut Lecturio. Derivativorum rurſus genera ſunt quatuor. 1. Vel a nominibus derivantur: ut: lignor, aquor, frumentor: a ligno, aqua, frumento. 2. Vel ab adverbiis, ut perendinor, procraſtino, a perendie, cras. 3. Quædam à præpoſitionibus: ut ſupero, à ſuper. 4. Quædam à verbis derivantur, ut lectito, dormito. Horum, à verbis formatorum ſeptem apud Grammaticos formæ obſervantur. Diminutiva: ut ſorbillo, parum ſorbeo. Imitativa: ut patriſſo, græciſſo. Deſiderativa: ut viſo, capeſſo, faceſſo, quibus omiſſis ſolum de frequentativis quæ etiam iterativa dicuntur, & inchoativis vel inceptivis meditativiſque dicemus.

DE FREQUENTATIVIS, SEU ITERATIVIS.

Sic iterativum formes, ito fiat ab atu.
V per o mutabunt bene cætera verba ſupini.
Si fuit or, manet or. Sunt cuncta frequentia primæ.
Prætereunt legem, *nato, quærito, fundito, ſcitor,*
Sciſcitor, atque *agitor, ſecto, loquitor, pavito*que,
Perſcrutando libros doctorum plura notabis.

Verbum frequentativum, vel, ut Diomedi placet, Iterativum eſt, quod aſſiduam vel potius frequentem in agendo vim habet & frequenter agendo iterat affectum: ut Salto, clamito. Formatur autem dupliciter. Primo à verbis primæ conjugationis habentibus in ſupinis atum atu penult. longa mutando a longum in i brevem & u in o: ut imperatu imperito: clamatu, clamito: volatu, volito. Reliqua frequentativa formantur a ſupino mutando tantum u in o: ut Increpitu, increpito: curſu, curſo: Saltu, ſalto: dormitu, dormito, dormitas. Tueor, tutu, tutor: quia ex verbis in or ſunt frequentativa in or, veluti minor, minatu, minitor. Formantur contra regulam quædam. No, natu, nato, penult. brevi facit. Quæro, quærito, 1. inſtanter quæro, *to ſeeke buſily.* Ter. *Lana ac tela victum quæritant.* Fundo, fundis. Fundito ſæpe fundo, aut ſimpliciter

Quæro.

pliciter fundo: nam frequentativa pro primitivis plerunque eleganter locantur. Scio, scitu, non scito, sed scitor, i. occulta magis & secretiora scire laboro ac investigo. *to search secret things.* Pro eodem frequentius est scisciter a scisco. Plaut. in Capt. *Secede hinc, nam sunt quæ ex te jòlo scisciari velo.* Ago, Agito facit, i. crebro ago, concutio, commoveo, *to move, or thrust*: ut compositum ejus cogo. Cogito, i. rem frequenter ad memoriam duco vel cogo, *to call to remembrance.* Sequor, sector, continue, sequor & adhæreo, *to follow continually.* Loquor, loquitor, i. garrio, *to bee aye clattering.* Paveo, pavito facit: ac si supinum habeat pavitum, i. valde paveo, *to bee verie feared*: Si quis probatorum virorum scripta perquirat, plura deprehendet adhuc irregulariter formata. Omnia frequentativa sunt primæ conjugationis.

Scio.

Ago.

Cogito.

Sequor.

Loquor.

Paveo.

De Inceptivis Seu Inchoativis.

Præsentis primique modi, eo junge secundæ Personæ, si vis verba inceptiva creare. Sic *ferves* ferveſco facit: sed tollitur *hisco*.

Verbum inchoativæ vel inceptivæ formę est quod continuum incrementum passionis innatę significat, & a Valla augmentativum appellatur. Et propriè tantum fit à neutris secundę conjugationis, addendo secundę personę indicativi singularis numeri, syllabam co: ut Tepeo, tepes, tepesco, i. in horas magis tepesio, *to grow warme.* Calesco, fio calidus. Quorundam primitiva in usu non sunt: ut igneſco, senesco, herbesco, liquesco, juvenesco, senesco: hujus derivationis omnia verba licet augmentativa rectius dicantur, tamen non inepte inchoativa vulgo appellantur: nam qui calescit, incipit novi ac majoris aliquid caloris acquirere, quamvis non penitus jamprimum calere incipiat. Quę verba similiter in sco definentia hanc significationem non sequuntur, non propriè dicenda sunt inchoativa, sed inchoativis formatione similia, vulgo tamen etiam inchoativa dicuntur. Præsentisco, i. præsentio, *to feele, or perceive.* Concupisco, i. cupio, *to desire.* Vivisco, i. vivo, *to live.* Edormisco, i. dormiendo concoquo, *to sleepe out.* Plaut. *Edormiscam hanc crapulam quam potavi prater animi sententiam.* Repuerasco, in pueriles affectiones recido, *to grow childish againe.* Ipsa etiam significatione videtur inchoativum. Plaut. *Aiunt solere senes repuerascere.* Vnum formatur irregulariter. Hisco, ab hio, hias, quia regula poscit hiasco. Et est hiscere propriè oscitare, *to gesnt.* Item signi-

Tepeo.

Præsentisco.

Concupisco.

Vivisco.

Repuerasco.

Hisco.

Significat os ad loquendum aperire, *to whiſper*. Plaut. *Ne hiscere quidem audet.*

De Meditativis Quæ Et Desiderativa.

In meditativis quod in u fit, junge ſupino,
V ſemper brevians, rio: ſic dabit eſurit *eſu*.

Eſurio. Meditativum verbum eſt, quod cum primitivo Significat cupio, ut Eſurio, id eſt, eſſe cupio, *to bee hungrie*. Formatur meditativum à poſteriore ſupino correpta u, & adjecto rio: ut à Partu, parturio; id eſt, cupio aut conor parere, *to travell with chyld*: Virg. *Parturit almus ager*. Rectiſſime hæc
Partu. apellari deſiderativa ſentio Vallæ ſubſcribens, atque ut uſui aliquid concedatur, non inepte meditativa quoque vocantur quia diligentiſſime meditamur, ut eorum fiamus compotes, quæ vehementer deſideramus.

FINIS.